Probato ꝙ politica ē ſcia maxie ācbitectonica iter ſciētias practicas. ꝓbatur ꝙ polytica ē pricipaliſſima ſcia: ⁊ h̄ ꝓbaṫ ſic: quāto aliq̄ ſcia ad maiꝰ bonū ſe extēdit: tāto ē pricipalioꝛ. iſtud pȝ ex ꝑcedētibꝰ. nā q̄ꝛto finis ſcientie ē nobilioꝛ: tāto ſcia ē nobilioꝛ. ḡ illa ſcia ē ꝑncipaliſſima que ad maxiꝰ bonū ſe extēdit ſȝ polytica ſe extēdit ad maximū bonū. nā polytica ſe extēdit ad bonū cōe. vt ad bonū totiꝰ ciuitatis vl' totiꝰ regni vel totiꝰ gētis. ⁊ illud ē maximū bonū iter bōa hūana. Si .n. idem ē bonū vni hōi ⁊ toti ciuitati ⁊ bonū ⁊ laudabile ſit ꝓcuraṙ bonū vni hōi: meliꝰ ⁊ ꝑfectiꝰ ē ꝓcurare toti ciuitati ⁊ toti gēti: q̄ꝛ h̄ ē diuiniꝰ: cum ſit magl ad dei ſīlitudinē q̄ ē vſis cā oīum bonoꝝ: cū igiṫ ſcia ciuilis appetat ⁊ ꝓcuret bonū cōe totiꝰ ciuitati vl' totiꝰ gētis ſeqṫ ꝙ ſcia ciuilis ſit ꝑncipaliſſima. Iſtas duas ꝯcluſiōes .ſ. ꝙ polytica ē maxie architec. ⁊ ꝙ polytica ē ꝑncipaliſſima: nō ānūero iter ꝯcluſiones ꝑncipales eo ꝙ nō ꝓbāṫ ꝑ ſilłos ꝑncipales. ſed ꝑ p̄ſillogiſmos. Sill'us enim ꝑncipalis eſt q̄ concludit ꝙ ꝯſideratio de vltio fine hōis: ꝑtinet ad ſciam polyticā ⁊ ſillogiſmi ꝓbantes ꝙ polytica ē maxie architec. ⁊ pricipaliſſima ſunt ſilli ꝓbantes miorē ſillogiſmi pricipal'. Hic ſunt 2° notāda ⁊ duo dubitāda. Primo ē notanduȝ ꝙ polytica dr̄ maxie architec. ⁊ dr̄ principaliſſia rōne diuerſoꝝ. nā dr̄ maxie i architec. reſpectu aliaꝝ ſciaꝝ quibus ꝑcipit: ⁊ dr̄ pricipaliſſima rōe finis q̄ ē bonū cōe: ⁊ q̄ꝛuis idē eſſet maxie architec. ⁊ pricipaliſſima tñ non ē ſuꝑfluum vtrunq; attribuere ſcīe polytice: q̄ꝛ illa duo attribuūṫ ſibi i cōꝑatōe ad diuerſa. Secūdo ē notādū ꝙ polytica dr̄ pricipaliſſima nō ſimplr': ſed dicitꝛ pricipaliſſima iter ſcias actiuas ꝯſiderātes de opibꝰ hūanis. Sed methaphica ē ſimplr' pricipaliſſia: q̄ꝛ ꝯſiderat vltiꝰ finē totiꝰ vniuerſi. Duo occurrunt hic dubia.

Primū ē ꝙ cū ad ſciam polyticā ꝑtineat cōſiderare de fine vltio hōis: q̄liter ꝯſideratur i hac ſcia de vltio fine hōis cū hec ſcia nō ſit polytica. Scđo dubitaṫ vtꝝ debeā maius procurare bonū vni ciuitati: vl' mihi ipi: videṫ .n. ꝙ magl debeā ꝓcurare mihi ipi bonū: q̄ꝛ poſt deū maxie debeo me ipm diligere: ⁊ coitas vl' ciuitas nō ē deꝰ ſed creatura alia a me. ḡ magl debeo ꝓcurare bonuȝ mihi ipi q̄ȝ toti ciuitati. In oppoꝰ vr̄ eē ph̄s q̄ dicit ꝙ meliꝰ ⁊ ꝑfectiꝰ ē ꝓcurare bonū toti citati q̄ȝ vni hoi. Ad primū dicēdū ē ꝙ hec ſcia eſt aliquo mō polytica q̄ꝛ ē ꝑs polytice: ſic̄ .n. vnꝰ hō ē ꝑs ciuitati. ita hec ſcia ē ꝑs polytice. hec .n. ſcia ꝯſiderat principia ſcīe polytice bn̄ intellectꝰ ph̄i ē ꝙ ad polyticā ſm ſe vel i aliq̄ ſua ꝑte ꝑtinet ꝯſiderare de vltio fine hōis. Uel pōt dici ⁊ forte melius ꝙ i hac ſcia ⁊ etiā in polytica ꝯſideraṫ de vltio fine hois: ſȝ diuerſimode: q̄ꝛ i polyticā ꝯſideratur đ vltio fine hois ſm ꝙ reſpic̄ totā ciuitatē: vl' ſm ꝙ hō ē ꝑs ciuitati. ſȝ h̄ ꝯſideraṫ de vltimo fine hominis: ſm ꝙ reſpicit vnum indiuiduum ſeu ſecūduȝ ꝙ eſt finis vnius hominis ſcđm ſe. Ad aliud dubium dico ſecūdum ꝙ nunc mihi videtur: ꝙ magis debeo ⁊ teneoꝛ ꝓcurare bonū ciuitati cuiꝰ ego ſū ꝑs q̄ȝ bonum meū ꝓpriū: q̄ꝛ i h̄ ꝙ ꝓcuro bonū tali ciuitati: ꝓcuro bonū mihi ipi: magiſtū teneoꝛ ꝓcurare bonū mihi ipi q̄ȝ ciuitati cuiꝰ nō ſū ꝑs: ⁊ h̄ vr̄ ph̄s dicere in lr̄a. d. Si .n. ⁊ idē ē bonū vni ⁊ ciuitati maius ⁊ ꝑfectiꝰ qđ citati: vñ ſi idē ſit bonuȝ mihi ⁊ citati qđ ꝯtingit ſi ſū ꝑs citatiſ: tūc maiꝰ bonū ⁊ ꝑfectiꝰ ē ꝓcurare bonū ciuitati q̄ȝ mihi ipi: vel forte poſſet eē aliq̄d ita excellens bonū mihi qđ eēt modicū bonū toti ciuitati: ⁊ tūc magis teneoꝛ ꝓcurare id bonū mihi quaȝ toti citati cuiꝰ ſū ꝑs: vñ magis debeo ꝓcurare magnū bonū citati q̄ȝ modicū bonū mihi: vnde reſpiciendū ē ad qualitatē boni: ⁊ ꝑ hoc ſoluitur dubitatio. Caplm tertiū de modo conueniēte huic ſcīe: tam ex ꝑte doctoris q̄ȝ ex ꝑte auditoris. Ex ꝑte doctoris: ꝙ docēſ iſtā ſciam nō pōt dmōſtratiōe ꝓcedere: ſȝ groſſo mō ⁊ ꝑſuaſiue ex ꝑte auditoris: ꝙ non dȝ a magiſtro ſuo certas demōſtratōes expetere ſed rōes ꝓbabiles ſm ꝙ moral' materia ꝑmittit: ⁊ ꝑꝑ hoc nec iuuēis nec ſectatoꝛ paſſionū ē ꝯueniēs auditoꝛ hꝰ ſcientie: ſȝ ſolū ille qui deſideria ſua ſm rōem implet.

**Dicetur aūt** vtiq; ſufficienter: ſi ſm ſubiectā materiā manifeſteṫ. Certū enim nō ſilr' i oībꝰ ſmonibꝰ q̄rendū ē: quemadmodū neq; i ꝯditis. Bona āt ⁊ iuſta de q̄bꝰ ciuilis itēdit tātā hn̄t dr̄am ⁊ errorem vt videāṫ lege ſola eē: natura vō nō. Talē aūt quēdā errorē hn̄t ⁊ bona: q̄ꝛ multis ꝯtigūt detrimēta ex ipis. Iā .n. q̄dā ꝑierūt ꝑꝑ diuitias: alij vō ꝑꝑ fortitudinē. Amabile igiṫ de talibus ⁊ ex talibꝰ dicētes groſſe ⁊ figuraliter vitatem oñdere: ⁊ de his q̄ vt frequētiꝰ: ⁊ ex talibꝰ dicētes talia ⁊ concludere.

Istud ē caplm tertiū tractatꝰ ꝑmi: in quo ph̄s determiat modū huic ſcīe ꝯueniētē: ⁊ ꝯtinet tres ꝑtes ꝑncipales. In pria determinat modū ꝯuenientē huic ſcīe ex ꝑte doctoris. In ſcđa ibi. eodē vtiq; mō: determinat modū ꝯuenientē huic ſcīe ex ꝑte auditoris. In tertia ibi: vnuſq̄ſq; āt: oñdit q̄s ē iſufficiēs auditoꝛ hꝰ ſcīe: ⁊ q̄s inutil': ⁊ q̄s vtil' ⁊ ꝯueniens. In ꝑma igiṫ ꝑte declarat ph̄s ꝙ modꝰ māifeſtandi vitatē i ſcia morali nō dȝ eē demōſtratiuus nec oio certꝰ: ⁊ hec ē ꝯclō ſeptia huius libri: ꝓbaṫ ſic: modꝰ manifeſtādi vitatē i q̄libet ſcia dȝ eē ꝯueniēs rei ſubiecte de q̄ ſcia cōſiderat: ſȝ materia đ q̄ ſcia moral' ꝯſiderat ē variabilis ⁊ icerta: ḡ moꝰ māifeſtādi vitatē i ſciētia morali nō dȝ eē demonſtratiuꝰ: nec oio certꝰ. Maiorem declarat ph̄s ſic: modꝰ māifeſtādi vitatē i ſcia ē ſilis mō opādi i cōditis h̄ ē i his q̄ fiūt ꝑ artē: ſȝ modus opādi i his q̄ fiūt ꝑ artē dȝ eē conueniēs materie ſubiecte circa quā ē opatio: nō .n. ē ſilis modꝰ opādi i oībꝰ q̄ fiūt ꝑ artē: ſȝ vnuſq̄ſq; artifex opaṫ ex materia ſȝ modū ꝯueniētē materie: alr' ex cera: alr' ex t̄ra alr' ex luto: ḡ modus māifeſtādi vitatē i q̄libȝ ſcia dȝ eē cōueniēs materie ſubiecte de q̄ ſcia ꝯſiderat: ⁊ ſic pȝ maioꝛ. Poteſt ēt patere ex h̄ ꝙ ſcibile ē mēſura ſcīe: vt pȝ .5°. methaphice: et mēſuratū dȝ eē ꝯueniēs mēſure ſue: idō modus māifeſtādi vitatē i ſciētijs dȝ eē ꝯueniēs ſuo ſcibili qđ ē materia de q̄ ſcia ꝯſiderat: ⁊ ſic pȝ maioꝛ pricipal' rōnis. Et minoꝛ declaratur ꝑ duo genera reꝝ q̄ ad materiā moralē videntur ꝑtinere q̄ ſūt opatōes hūane: ⁊ bōa exterioꝛa: q̄ꝛtū ad opatōes hūanas ē varietas ⁊ icertitudo: q̄ꝛ q̄dā opare putaṫ a q̄buſdā iuſta ⁊ honeſta: ⁊ eadē reputāṫ ab alijs iiuſta ⁊ ihōeſta ſȝ diuerſitatē tpis locoꝝ ⁊ ꝑſonaꝝ. Que .n. ſūt iuſta vno tpe alio tēpoꝛe ſunt iniuſta: ⁊ q̄ in vna regione ſūt iuſta ⁊ honeſta in alia ſūt iiuſta ⁊ ihoneſta: ⁊ q̄ i vna ꝑſona ſūt iuſta ⁊ honeſta in alia ꝑſōa ſūt iiuſta ⁊ ihoneſta: ⁊ iſtā ē variatio circa actus hūanos qđ q̄dā credūt nihil eē ſimplr' iuſtū vl' hōeſtū: ſed ſolū ſm legis pōeȝ. Circa āt bōa exterioꝛa cuiꝰmōi ſūt bōa fortūe ⁊ naturē q̄bꝰ vtiṫ hō ad ſuū finē cōſequēdum q̄nq; accidit varietas ⁊ icertitudo. Circa .n. bona fortūe cuiuſmōi ſt diuitie ē icertitudo ⁊ varitas: q̄ꝛ q̄dā iuuāṫ ex ipis: ⁊ q̄dā ꝑꝑ diuitias ſuas ꝑierūt. Silr' circa bōa nature cꝰmodi eſt robur coꝛꝑale: vel pulchritudo coꝛꝑalis accidit variatio ⁊ incertitudo: nā multi ꝑꝑ fortitudinē ſuā coꝛꝑalem ꝑierunt: multi .n. nimis cōfidentes in coꝛꝑali fortitudine nimis incaute ſe ꝑiculis expoſuerunt ⁊ ſic interfecti ſūt. ⁊ ſic patet minoꝛ principalis rōis .ſ. ꝙ materia circa quā ē ſcia moralis eſt variabilis ⁊ incerta: ⁊ quia ſic eſt amabile eſt de his tractatum facientes groſſe ⁊ figuraliter oſtendere: ⁊ de his q̄ vt frequētius accidunt .i. de actibus voluntarijs: ⁊ ex talibus dicentes talia cōncludere .ſ. que frequētius accidūt: vnde quia pricipia đbent eſſe ꝯcluſionibꝰ conformia: ideo quia concluſiones contingūt vt frequētius oportet ꝑncipia eſſe talia ſcilicet ꝙ contingunt frequēter ⁊ non ſemper: ⁊ modo quia principia cōtingūt vt frequenter ⁊ nō ſemꝑ concluſiones que cōcludutur ex huiuſmodi principijs contingunt frequēter ⁊ non ſemꝑ. Notanda ſūt hic duo ſm euſtracium. Primum ē ꝙ contingens diuiditur i cōtingens frequētiuſ: contingēs equaliter ⁊ contingēs in paucioribus: ⁊ dicit: ꝙ ſciētia eſt circa neceſſaria ex neceſſarijs neceſſaria concludens. Circa illud autem qđ ē in pluribꝰ ⁊ vt frequētiꝰ ē ars ꝯcludēs ex ꝓpōibꝰ q̄ i pluribꝰ ꝯcluſionē q̄ i pl'ibus. Circa illud āt qđ eſt eq̄liter ſūt rōnatio ⁊ electio indicatiue exn̄tes potētie: ⁊ ābas ꝑtes ꝯdictiōis pōderātes. Circa illđ āt qđ i paucioribꝰ ē nulla vtus ſeu ars ſit ꝑꝑ qđ fortūe ⁊ caſui veteres illđ attribuūt.

Scđo ē notādū ſm euſtraciū ꝙ cū dīc phs ꝙ qdā ꝑierūt ꝓꝑ foꝛtitudinē: ꝙ nō accipit hic foꝛtitudo ꝑ v̄tute aīe q̄ dirigit virtutē cōcupiſcibilē ⁊ iraſcibilē: ſꝫ accipit ꝓ roboꝛe coꝛpoꝛali: vñ dīc euſtraciꝰ ꝙ ſicut ī aīa. 4. ſūt v̄tutes generales .ſ. prudētia: foꝛtitudo: tēꝑantia ⁊ iuſtitia: ita ī coꝛꝑe ſūt. 4. virtutes coꝛꝑales eis coꝛrñdētes .ſ. viuacitas ſenſuū: coꝛꝑale robur pulchꝛitudo: ⁊ ſanitas. Uiuacitas ſenſuū prudētie ē ꝓpoꝛtionabil' velut cognitio q̄dā exñs ſpeclata ī aīalis coꝛꝑe. Robur ē ꝓpoꝛtiōabile foꝛtitudini velut ꝯſtās coꝛpꝰ faciēſ ⁊ ferēs laboꝛē. Pulchꝛitudo tēꝑantie ē ꝓpoꝛtiōabil' velut cōmēſuratōem repñtās ī magnitudīe ⁊ cōpoſitōe ꝑticlaꝝ coꝛꝑis. Sāitas v̄o ꝓpoꝛtionabilis ē iuſticie velut ī cōplexiōe: eāꝗꝫ ſꝫ naturam anologicā conſeruans.

**Eodem** vtiꝗꝫ mō: autē vtiꝗꝫ mō ⁊ ſcipere debitū ē vnūqōꝗꝫ dictorū. Diſciplīati.n.ē intm̄ certitudinē q̄rere ſm vnūqōꝗꝫ genꝰ ī q̄ꝫtū rei natura recipit: ꝓximū .n. videt ⁊ mathematicū pſuadētē acceptare: ⁊ rethoꝛicū demōſtratōes expetere.

Hec ē ſcđa ps hꝰ capl'i ī q̄ oñdit modū cōuenietē huic ſcīe q̄ꝫtū ad auditoꝛē ⁊ intēdit ꝓbat ꝙ auditoꝛ ſcīe moral' ñ debꝫ certas demōſtratōes expetere: imo dꝫ eē ꝯtētꝰ pſuaſionibꝰ: ⁊ hec ē ꝯcluſio. 8. ꝓbat ſic: ad diſciplinatū .i. ad hoīeꝫ bñ īſtructū ꝑtinet īq̄rere tātā certitudinē ī vnaquaꝗꝫ re q̄ꝫtū natura rei patitur: ⁊ nō maioꝛē: neꝗꝫ dꝫ eē minoꝛi certitudine ꝯtētꝰ: cū ḡ materia moral' ſit īcerta ⁊ variabil': vt dictū ē: ⁊ ꝑ ꝯñs nō patit certas demōſtratōes: ſeqt ꝙ auditoꝛ ſcīe moral' nō dꝫ certas d̄mōſtratōes expetere: imo dꝫ eē ꝯtētꝰ pſuaſionibus. maioꝛ pꝫ. nā q2 illa de q̄bꝰ ſūt ſcīe mathematice ſūt certa ⁊ inuariabilia de q̄bꝰ pñt eſſe demōſtratōes: ⁊ illa de quibꝰ ē rhetoꝛica vt actus hūai ſūt variabilia ⁊ īcerta: iō nō dꝫ mathematicꝰ eē ꝯtētꝰ pſuaſionibꝰ q̄ ſūt de īcertis nec dꝫ rhetoꝛ expetere certas demōſtratiōes: q2 materia d̄ q̄ ē rhetoꝛica nō ꝑmittit certitudinē demōſtratōis: ⁊ iō vnuſqſꝗꝫ dꝫ tantā certitudinē expetere ī vnaquaꝗꝫ re q̄ꝫtā natura rei patit: nec dꝫ expetere maioꝛē nec eē ꝯtentꝰ certitudine mioꝛi. nā ꝓximū peccatū ē mathematicū pſuaderē: ⁊ rhetoꝛē demr̄are. Albertꝰ dubitat hic: q2 non videt ꝙ modꝰ ſcīe debeat hic determinari: q2 cōmētatoꝛ ſup. 2ꝰ. metaphīce dīc ꝙ logica ē coīs modus cuiuſlibꝫ ſcīe: ⁊ ita videt ꝙ ī logica dꝫ determīari modꝰ ſcīe ⁊ nō hic. Ad illud rñdet ꝙ logica ē coīs modus ⁊ general' oīuꝫ ſcīaꝝ: ſꝫ p̄ter modū ſciēdi generalem q̄libet ſcīa hꝫ ſuū modū ſciēdi ſpecialeꝫ: ⁊ foꝛte ille modꝰ ſpecial' pōt dici logica ſpecialis.

**Unuſquiſque** autē iudicat bñ q̄ cognoſcit ⁊ eoꝝ ē bonꝰ iudex: ſimpl'r autē ḡ circa oīa erudītꝰ eſt. Idcirco polytice nō ē ꝓpꝛius auditoꝛ iuuenis. inexꝑtus .n. ē eoꝛū qui ſm vitā ſūt actuum. Rōes aūt de his ⁊ ex his.

Hec eſt tertia ps p̄ncipalis huiꝰ capl'i ī q̄ declarat q̄s nō ē ꝓpꝛiꝰ auditoꝛ ſcīe moralis: ⁊ q̄s eſt iutilis: ⁊ q̄s vtilis auditoꝛ ſcientie moral'. Et cōtinet ps illa tres ꝑticl'as. In prima ꝓbat ꝙ iuuenis nō eſt ꝓpꝛius auditoꝛ ſcīe moral'. In ſcđa ibi: Ampliꝰ āt. paſ. ꝓbat ꝙ ſecutoꝛ paſſionū ē inanis auditoꝛ ſcīe moralis. In tertia ꝑticl'a ibi: Scđm rōem aūt: declarat q̄s eſt ꝯueniens auditoꝛ ſcīe moralis.

In pꝛīa igit ꝑticula ꝓbat ꝯcluſioneꝫ nonaꝫ hꝰ libꝛi q̄ tal' eſt. ꝙ iuuenis non eſt ꝓpꝛiꝰ auditoꝛ ſcīe moral': ⁊ ad ꝓbādū illā ꝯcluſionem pmittit qōdā neceſſariū ad ꝓpoitū ⁊ eſt ꝙ vnuſquiſꝗꝫ bñ iudicat de his q̄ cognoſcit: ⁊ de his q̄ nō cognoſcit nō pōt habere bonū iudiciū. Uñ ille ḡ eſt īſtructꝰ circa vnūquodꝗꝫ genꝰ bñ pōt iudicar̄ de his q̄ ꝑtinēt ad illud genꝰ: ⁊ iſte qui ē bñ īſtructꝰ circa oīa bñ pōt iudicar̄ de oībꝰ. Iſto ſuppōito ꝓbat cōcl'o. ſic oīs auditoꝛ ꝓpꝰ ſcīe moral' bñ iudicat d̄ his q̄ audit ī ſcīa moꝛali vt bene dicta recipiat ⁊ mala ⁊ diſconuenientia abyciat: ſed iuuenis non bene iudicat de his que audit in ſcientia moꝛali: ergo ⁊c̄. Maioꝛ patet: ⁊ minoꝛ patet per hoc ꝙ nemo poteſt bene iudicare niſi illa que vere nouit: ſed iuuenis pꝛopter inexperientiam non habet cognitionem de omnibus operibus humanis de q̄bus eſt ſcientia moꝛalis: vnde quia iuuenis ē inexpertus pꝛopter paucitatem tempoꝛis: iō non credit ea que ſibi pꝛoponuntur in ſcientia moꝛali. ſi enim pꝛoponatur iuueni ꝙ virtuoſus puta liberalis minoꝛa reſeruat ſibi ⁊ maioꝛa aliꝫs pꝛopter inexperientiam non iudicaret illud eſſe verum. Albertus dubitat h̄ quia experimentum deſeruit inuentioni ⁊ nō doctrīe: ergo per hoc ꝙ iuuenis non eſt expertus magis oſtenditur ꝙ iuuenis non eſt inuētoꝛ ſcientie moꝛalis q̄ꝫ ꝙ non ſit conueniens auditoꝛ. Ad id reſpondet dicens ꝙ iuuenis non eſt expertus nec experiri poteſt quouſꝗꝫ ſedentur paſſiones in eo. Nunc ad conuenientem auditoꝛem huius ſcientie requiritur ꝙ poſſit eſſe expertus. Debet enim auditoꝛ huiꝰ ſcientie operari ſm hec ꝙ ſcientia docet ⁊ per operatōnes experientiam acquirere. vnde in ſcientia ſpeculatiua ſimpliciter experimentū deſeruit inuentioni ⁊ non doctrine. ſed hec ſcientia non eſt ſimpliciter ſpeculatiua. Dicit .n. hic Cōmentatoꝛ ꝙ hec ſcientia non eſt ſpeculatiua ſimpliciter ſcilicet vt ſola cognitione dictoꝛum contenti ſint auditoꝛes. ſed eſt operatiua. ideo opoꝛtet cognitioni ſermonum actus ⁊ oꝑatōnes apponer̄: ⁊ ſi nō: vāe ⁊ fruſtra ſūt ſermōes ⁊ eoꝝ auditꝰ. Cū igit iuuenis non ſit exꝑtus nec exꝑiri poſſit: ſeqt ꝙ ē icōueniēs auditoꝛ ſcīe moral': vñ ī illa ſcīa exꝑiētia req̄rit: ⁊ q̄ꝫtū ad iutōem: ⁊ q̄ꝫtū ad doctrinā: nā rōes ſcīe moral' ꝓcedūt ex his p̄icipyꝫs q̄ ꝑtinēt ad actꝰ hūane vite: ⁊ ēt ſūt de his q̄ ꝑtinēt ad humanā vitā tāꝗꝫ de ſubiecto vel materia.

**Amplius** autē paſſionū ſeqt exiſtēs inaniter audiet ⁊ inutilit: q2 finis ē nō cognitio ſꝫ actꝰ. Differt āt nihil iuuenis ſm etatē aut ſm moꝛē iuuenilis. Nō .n. a tp̄e defectio: ſꝫ ſm paſſiones viuere ⁊ pſequi ſingl'a. Talibꝰ .n. iutilis cognitio fit queadmodum incōtinentibus.

Hec ē ſecūda particula tertie partis in q̄ philoſophus declarat ꝙ ſecutoꝛ paſſionū ē inutilis auditoꝛ ſcīe moral': ⁊ hec ē ꝯcluſio decia ꝓbat ſic: ille ē iutilis auditoꝛ ſcīe moꝛalis qui nō pōt attingere ad finē ad quē ſcīa moral' oꝛdinat: ſꝫ ſecutoꝛ paſſionū ē huiuſmōi ḡ ⁊c̄. maioꝛ ē māifeſta: ⁊ minoꝛ apparet: q2 finis ſcīe moꝛalis nō ē ſcire: ſed bñ oꝑari ⁊ ad hūc finē non pōt ſecutoꝛ paſſionū attingere dū ſeqt paſſiones: ⁊ cū p̄us dixit ꝙ iuuenis nō ē ꝯueniēs auditoꝛ huiꝰ ſcīe: ne credat ꝙ h̄ ſolū ſit ꝓꝑ paucitatē tēpoꝛis remouet hoc. d. ꝙ nihil differt ſiue ſit iuuenis ſm etatē: ſiue ſm moꝛē q̄ꝫtuꝫ ad h̄ ꝙ ſit icōueniēs auditoꝛi: q2 ſic̄ iuuenis etate defic̄ a fine hꝰ ſcīe ḡ ē bñ agere: ſic ⁊ iuuenis ſꝫ moꝛē: nō .n. ē defectꝰ a fine hꝰ ſcīe ꝓꝑ tp̄s: ſꝫ ꝓꝑ h̄ ꝙ viuūt ſm paſſiōes ⁊ talibꝰ ē iutil' cognitō hꝰ ſcīe ſic̄ ī ꝯtinētibꝰ q2 nō ſequūt ſciam quā hūt de moꝛibꝰ: ⁊ ſic apparet hic ꝑ phm̄ q̄ ſunt ī utiles auditoꝛes ſcīe moꝛalis: q2 iuuēis ⁊ ſecutoꝛ paſſionū ⁊ icōtinēs. Iuuenis ꝓꝑ iexꝑientiā ē iutilis auditoꝛ ſcīe moral': ⁊ ſecutoꝛ paſſionū ⁊ icōtinēs ſūt iutiles ꝓꝑ h̄ ꝙ ſequūt paſſiōes.

Hic ſunt tria notāda: pꝛimuꝫ eſt: que ē dr̄ia inter icōtinentē ⁊ paſſionū ſecutoꝛē: ḡ cōueniunt in hoc ꝙ vterꝗꝫ pſequit ea que in paſſiones inclināt ſed diuerſimode: quia dupliciter pōt aliqs pſequi illa ad q̄ inclināt paſſiones. Uno mō: ex electiōe vt qñ aliquis h̄ ꝓponit vt cōcupiſcētie ſue ſatiſfaciat: ⁊ taleꝫ vocat phs hic paſſionū ſecutoꝛē. Alio mō cōtigit aliquē ſequi paſſiōes qui ꝓponit ſe a vityꝫs ⁊ delectationibus illicitis abſtinere. vincitur tamē aliquādo ipetu paſſionū vt cōtra ꝓpoſitum ſuū paſſiones ſequat .ſ. delectationē ſm tactuꝫ et guſtū et ille ſimpl'r ⁊ ꝓpꝛie dicit icontinens: vñ ſecutoꝛ paſſionū ī ꝓpoſito accipit ꝓ eo qui ex electiōe ſequit impetuꝫ paſſionū. et hoc generaliter loquēdo d̄ qualibet paſſione: ſiue ſit delectatio coꝛpoꝛalis: ſiue ſit ira: ſiue timoꝛ: et ſic de aliyꝫs. ſed incontinēs ſimpliciter ſolum ē ille qui non ex electione ſed victus ab impetu paſſionis ſequitur delectationes coꝛpoꝛales.

Scđo eſt notādū ſm Euſtratium hic ꝙ paſſio de qua phs loquit hic eſt anime irrational' motꝰ ⁊ p̄ter naturā ipetui appꝛoximās: cuiꝰ ſūt quattuoꝛ ſpecies generalioꝛes .ſ. triſtitia. timoꝛ. cōcupiſcētia. voluptas. Tertio eſt notandū ꝙ ꝑ cōuenietem auditoꝛē ſciētie moꝛalis poſſumus duo intelligere .ſ. vel illū qui faciliter pōt attingere fineꝫ ſciētie moꝛalis. Alio modo poſſumꝰ itelligere ꝑ auditoꝛē cōuenientem quēcūꝗꝫ indifferēter qui pōt attingere finem ſcientie moꝛalis ſiue faciliter ſiue cū difficultate. Pꝛimo modo nec incōtinēs nec ſecutoꝛ paſionū ē cōueniens auditoꝛ huius ſciētie ſed ille qui eſt aſſuefactus in bonis cōſuetudinibus. quia finis ſcientie moꝛalis non eſt ſcire ſed bene operari. ſed ad iſtum fineꝫ nec poteſt ſecutoꝛ paſſionū nec icontinēs de facili ꝑuenire. Si aūt per cōuenietem auditoꝛem ſcientie moꝛalis intelligamꝰ quēcūꝗꝫ potentē attingere finē ſcientie moꝛalis: ſic tam incōtinens q̄ꝫ ſecutoꝛ paſſionū eſt cōueniens auditoꝛ huius ſcientie: ſed nō q̄libet talis: ſed ſolum ille qui eſt curabilis ſm animam. Hic ſunt duo dubitanda. Pꝛimum eſt dubiū Euſtratyꝫ quod ē tale. videt eni ſm iā dicta phi ꝙ ſciētia moral' ſit ſuperflua. quod ꝓbat. quia ſi eſt bona: aut bonis aut malis eſt bona: ſed neꝗꝫ ſic neꝗꝫ ſic ḡ ⁊c̄. ꝓbat añcedēs. q2 nō mal' eo ꝙ nō ſunt conuenientes auditoꝛes ſm Ariſto. ꝑ iā dicta. nec etiā bonis cū nō egeant gubernari cū ipſi ſibi ſint lex: ⁊ ꝑ cōſequens videt qō phia moꝛalis ſit ſupflua. Ad iſtud dubiū reſpōdet euſtratius dupl'r. Uno modo ſic: q2 iſta ſciētia eſt vtilis tam bonis q̄ꝫ prauis: illa eni ſcientia ē vtil' bene operātibus: q2 ante ſciētiā moꝛalem habitā operātur ex cōſuetudine ⁊ ſine regula: ſꝫ habita ſciētia moꝛali opeꝛant ꝑ regulā: ⁊ talis regula vtilis eſt bene operātibꝰ. et eſt etiā vtilis malis: q2 q̄ꝫuis mali et ſecutoꝛes paſſionuꝫ nō poſſint cito ⁊ faciliter deuenire ad finē ſcientie moꝛalis ſucceſſiue tamē ⁊ cū difficultate poſſunt finē ſciētie moꝛalis attingere: nā mali ſciētiā moꝛalē habentes ⁊ ſm eaꝫ ſpeculantes ⁊ cogitantes quātum ſunt ī malo deꝑſſi: ⁊ q̄ꝫtū longe facti ſūt a bono ſimpliciter niſi omnino ſint ſine itellectu habebūt quēdā ipetū ad directionē: ⁊ ita paulatim huic ſciētie adherētes ⁊ ſm eam cogitātes ad melius trāſponentur.

Scđo reſpondet ſic. ꝙ ſciētia moꝛalis ē medicinalis aīe ſic̄ ſciētia que dicitur medicina ē medicinalis coꝛpoꝛi: ſed ſcientia medicinalis eſt vtilis habētibus ſanitatē ꝓpter ſanitateꝫ cōſeruādam ⁊ non habentibꝰ ſanitateꝫ ꝓpter acquiſitionē ſanitatis: ⁊ eodē modo ſciētia moꝛalis eſt vtilis malis vt poſſint ꝑ eam dirigi: ⁊ eſt vtilis bonis vt ꝑ eam poſſint in bono conſeruari. Sꝫ ex h̄ oꝛit 2ꝰ dubiū. ⁊ eſt cuꝫ mali et vitioſi poſſint ꝯuenire ad finē huiꝰ ſciētie ⁊ ꝑ iſtam ſcientiaꝫ dirigi quare ergo dixit phs incōtinētem ⁊ ſecutoꝛeꝫ paſſionū eſſe inutiles auditoꝛes huiꝰ ſciētie cū ꝑ hanc ſciētiā poſſint

diriɡi ⁊ ad vitā laudabilē ꝑuenire. Dicēdū eſt ꝙ nō ꝗlibet malus aut vitioſus pōt attingere finē ſciētie moralis. Pro quo eſt ſciēdū ꝙ ſicut infirmitas coꝛpis eſt duplex: quedā ē curabilis ⁊ quedā īcurabilis: ſic eſt duplex īfirmitas aīe: quedā curabilis ⁊ quedā incurabilis. quidā enī ītantū ſunt aſſuefacti ī malis operibus ꝙ ſūt obſtinati ⁊ īcurabiles ſm̄ aīaꝫ in tātū enī eſt vitiū radicatū et firmatū ī quibuſdā ꝙ plus de tempe reqreret ad expellendum illud vitiū ꝙ̄ eſt tempꝰ totius vite hoīs Nam habitus non expellitur niſi cū difficultate ⁊ talibus ē illa ſciētia inutilis. qꝛ nō poſſūt attingere finē huiꝰ ſciētie. quidā aūt mali nō ſunt īiꝰ aſſuefacti ī malis quin poſſint corrigi ⁊ talibus ē iſta ſcīa vtilis. vnde ſicꝫ ſcīa medicinalis ē vtilis languēti ī infirmitate curabili ſic ſcīa moralis ē vtilis vitioſo corrigibili tm̄.

## Secundum rationem

autem deſideria faciētibus ⁊ operātibꝰ multum vtiqꝫ vtile erit d̄ his ſcire. Et quidem de auditore: et qualiter demonſtrandum et quid ꝓponimus ꝓhemialiter dicta ſunt tanta.

Hec ē tertia particl'a tertie ꝑtis ī qua oſtēditur quis ē ↄueniēs auditoꝛ ſciētie moralis: ⁊ ponitur ↄ̄cluſio vndecima que eſt: ꝙ qui ſm̄ rationē oīa ſua d̄ſideria implet eſt conueniēs ⁊ vtilis auditoꝛ ſcientie moralis. ⁊ hec ↄ̄cluſio ꝓbatur ꝑ precedentia ſic: ille qui faciliter pōt attingere finē ſcīe moralis eſt ↄueniens auditoꝛ ſcīe moralis. ſed ille ꝗ ſm̄ rōnem oīa deſideria ſua implet faciliter pōt attigere finē ſcīe moralis: ꝫ ⁊c. Sic igit̄ pꝫ ꝙ iuuēis nō eſt ſufficiēs auditoꝛ nec ꝓprius ſcīe moralis: ⁊ ſecutoꝛ paſſionū ⁊ īcōtinēs eſt inutilis auditoꝛ ſcīe moralis. ꝙ ſequēs rōnem ē auditoꝛ ſciētie moralis vtilis ⁊ ↄueniens. Dubitatur hic qꝛ videt̄ ꝙ ꝗcūqꝫ īcōtinētes ⁊ ītēperati ſint ↄuenientes auditores huiꝰ ſcīe. qꝛ finis ſcīe eſt ſpeculari ⁊ ītelligere illa de ꝗbus ē ſcīa: quia finis cuiuſlibꝫ ſcīe ē ꝓpꝛia opatio illiꝰ habitꝰ ſꝫ īcōtinētes ⁊ ītēperati pñt ſpeculari ⁊ actualiter ſcire illa de ꝗbꝰ ē hec ſcīa ꝫ ⁊c. Dicēdū eſt ꝙ finis huiꝰ ſcīe ē duplex. ſ. īmediatꝰ ⁊ mediatꝰ. Finis imediatꝰ hꝰ ſcīe ē ſpecl'ari ſm̄ illā ſciaꝫ. Finis mediatꝰ iſtiꝰ ſcīe ē opari ſicꝫ iſta ſcīa docet. ſ. opari v̄tuoſa opa ꝑꝑ finē vltimū ꝑꝑ. ſ. felicitatē. ⁊ ille finis ē melioꝛ ꝙ̄ finis īmediatꝰ qꝛ ſpeculari materiā moralē eſt ꝑꝑ opari tāqꝫ ꝓpter finē. modicū. n. valet ſpeculari qualiter ē agendū ⁊ nō agere mō debito. Dico igit̄ ꝙ inↄtinēs ⁊ intēꝑatus ꝗ ſūt incurabiles ſūt inutiles auditores huiꝰ ſcīe ꝙ̄tū ad finē mediatū ꝗ ē bene agere circa materiā moralē: tm̄ ꝙ̄tū ad finē īmediatū poſſunt eē auditores vtiles ſcīe moralis. [illegible] ꝙ ſpeculari ē melius ꝙ̄ opari vt pꝫ ex decimo huiꝰ vbi ꝓbat̄ ꝙ felicitas ꝑfcā ↄſiſtit in ſpeculatōe magi ꝙ̄ in opatione. ꝫ nō videtur ꝙ opari ſit finis eius qō eſt ſpeculari ſꝫ magis ecōuerſo. Dicendū eſt ꝙ ſpeculari ſm̄ habitū practicuꝫ ordinat̄ ad opari ⁊ ē imꝑfectus ꝙ̄ opari ſm̄ eundem habituꝫ melius ē enim opari ſrenū ꝙ̄ tm̄ ſpeculari ſrenuꝫ. Ad id qō dicit ph̄s rn̄deo ⁊ dico ꝙ ſpeculari deū ⁊ ſubſtantias ſepatas a materia eſt melius ꝙ̄ opari ſm̄ prudentiā aut v̄tutes morales: ⁊ h̄ itelligit ph̄s: tm̄ opari ſm̄ virtutes morales ē meliꝰ ⁊ ꝑfectiꝰ ꝙ̄ ſpeculari eas tm̄.

## Dicamus aūt reſumētes.

Tractatus ſcd̄us primi libri in ꝗ̄ mouetur ⁊ ſoluitur ſcd̄a qō p̄ncipal' p̄mi libri querēs. quid ē felicitas: declarans in quo vl' in ꝗbus nō ↄ̄ſiſtat felicitas: ⁊ ēt in quo conſiſtit felicitas ex quo appebit ꝗd ē felicitas: ⁊ ↄtinꝫ iſte tractatꝰ ꝗnqꝫ capitula.

In p̄mo narrāt̄ ī generali opiniōes antiquorum de felicitate: ⁊ etiā ponit̄ ordo ꝓcedendi īueſtigādo. Quid ē felicitas In ſcd̄o ibi: nos āt dicamꝰ: declarat̄ ꝙ de rebꝰ nobis māifeſti non ē felicitas: qō tm̄ opinat̄ eē felicitas: qꝛ nec voluptas nec honoꝛ nec v̄tꝰ nec diuitie. In tertio ibi. Qō autē vl'e melius. declaratur ꝙ felicitas nō conſiſtit in bono ſeꝑato a nobis in māifeſto: ſicut pl'onici poſuerūt In 4° ibi. Rurſus autē redeamus: declarat ꝗd ē felicitas determinādo de ipā ſm̄ opinionē ꝓpꝛiam In quinto ibi Scrutandū vtiqꝫ. declarat ꝙ opinio ſua de felicitate ē vera ꝑ hoc ꝙ cōcordat opinionibꝰ alioꝝ oīuꝫ declarando ꝙ felix īdigꝫ illis ī ꝗbꝰ alij poſuerūt felicitatē ↄſiſter̄.

## Dicamus autē quo

niam oīs cognitio ⁊ electio bonū aliquid deſiderat: ꝗd ē hoc qō dicimꝰ ciuilē d̄ſiderat̄ ⁊ qō ē oīuꝫ opatoꝝ ſūmū bonū

Iſtud ē capl'm p̄mū cōtinēs duas ꝑtes principales. In pꝛīa narrātur ī generali opiniones alioꝝ d̄ felicitate. In ſcd̄a ibi: Nō lateat autē: docet ordinē procedēdi ī inueſtigando diffinitōem felicitatis. Prima ps ↄtinet duas ꝑticulas. In pꝛīa narrat intētionē ſuā reſumēdo ꝗdā priꝰ dcā In ſcd̄a Noīe quidē igitur narrāt̄ ī generali opiniones maioꝝ de felicitate ꝗ̄ ē finis vltimꝰ oīuꝫ hūanoꝝ. In pꝛīa igit̄ ꝑticl'a narrat ītētionē ſuā dicēs ꝙ cū oīs cognitio ⁊ electio deſideret aliqō bonū: oꝫ dicere ꝗd ē illd̄ bonū qō ciuilis ſcīa deſiderat: ⁊ ꝗd ē ſummum bonū oīum opatoꝝ: vnde cū ad ciuilē ſcīam ꝑtineat ↄſiderare de fine vltīo actuū hūanoꝝ vt dictū ē: oꝫ dicere ꝗd ē finis vltimꝰ ad quē oēs opationes humāe ordināt̄ ⁊ hec eſt qō ſcd̄a principalis huiꝰ primi libri. ſ. ꝗd ē felicitas. Sciendū ꝙ ph̄s ſuꝑius poſuit ꝙ̄tuo[illegible] quilibet videt̄ appetere bonū cū



dixit. Oīs ars ⁊ oīs doctrina ⁊c. Sed hic duo tm̄ ponit. ſ. cognitionē ⁊ electione. qꝛ hic ſub cognitione cōpꝛehēdit artē ⁊ doctrinaꝫ: ⁊ ſub electione cōpꝛehendit: tā ipam electionem ꝙ̄ actū: ⁊ executionē ꝗ̄ ab electiōe ꝑcipit̄ ⁊ ꝓcedit.

## Nomine

ꝗd ē igitur fere a pluꝛimis confeſſum ē: Felicitatē. n. ⁊ multi ⁊ excellentes dicūt: bene autē viuere ⁊ bene operari idem exiſtimāt ei qō ē eſſe felicem. De felicitate autē que ē alterātur: ⁊ non ſimiliter multi ſapientibus crediderūt hi quidem enī apertoꝝ ꝗd ⁊ manifeſtoꝛum. vt puta voluptatem aut diuitias: aut honoꝛē. Alij aūt aliud multotiēs autē ⁊ idē ipſe alterum. Egrotās enī ꝗdē ſanitatē: mēdicās enim diuitias. Conſcij āt ſibi ipſis ignorātie eos ꝗ magnum aliquid: ⁊ ſuꝑ ipos dicunt admirātur. Quidaꝫ autē exiſtimauerūt p̄ter hec multa bona: aliō eē ſm̄ ſeipm̄ qō ⁊ oībus cā eſt eēndi bonū. Omnes quidē igitur perſcrutari opiniones inaniꝰ foꝛtaſſis ē ſuffitiēs āt eas maxime ꝗ̄ ſuꝑfitietenꝰ apparēt vel extimēt̄ hēre aliquā rōnem.

Hec ē ſecūda particula in qua narrātur opiniones alioꝝ de fine vltimo ſcilicet de felicitate. Et p̄mo narrat in quo oēs loquentes de fine vltīo cōueniūt: Scd̄o in quo differunt. Cōueniūt enī in duobꝰ. ſ. in noīe ⁊ in generali rōne noīs. In noīe conueniūt. nam fere oms̄ loquētes de fine vltimo nomināt finē vltimū ⁊ ſummū bonū hūanoꝝ actuuꝫ felicitatem: qō intelligo ꝙ oēs qui conueniūt in eodē idiomate conueniūt in eodē noīe finis ultimi. Oms̄. n. greci cōueniūt ī eodē noīe: ⁊ oms̄ latini ↄueniūt in aliquo eodē nomine nō tm̄ in illo in quo ↄueniūt Greci vl' Hebꝛei ↄueniunt etiā ī generatōe noīs ꝗ dicūt bene viuere ⁊ bn̄ opari idē qō felicē eē ⁊ ſm̄ euſtratium ph̄s dicit fere ꝓpter eos qui ignoꝛabāt quid noīe felicitat̄ īpoꝛtatur ⁊ an ſit aliꝗd in rerū natura. Sciēdum ēt ꝙ hic accipitur viuere ꝓ actu ſcd̄o. ſ. ꝓ actuali opatōe ꝓcedēte ab aīa ꝗ̄ ē actꝰ p̄mꝰ.

Notādū ſm̄ euſtraciū ꝙ dupl'r aſſignat̄ qō quid ē. ſ. ꝑ vnum nomē ⁊ ꝑ diffōem: ꝓpter qō vtrūqꝫ ad inuicē determinat̄ tāqꝫ ſit nomē quedam diffinitio īplicita. Diffō autē nominis explicitum. ⁊ ſic iſtud qō ſignificat̄ ꝑ diffōem ſeu ipſa diffō qñqꝫ notificatur ꝑ vnū nomē. ⁊ nomē ſeu ſignificatū noīs: qñqꝫ notificat̄ ꝑ diffinitionem. qñ enī vnū nomē notiꝰ ē ꝙ̄ diffō tūc pōt illa diffō notificari ꝑ illud nomē qō ē notius. De felicitate āt ꝗ̄ ē: ſed ꝙ̄uis fere oms̄ conueniant in nomine felicitatis ⁊ in rōne generali noīs tm̄ circa rem ꝗ̄ noīe felicitatis ſignificat̄ diuerſificati ſunt triplici dr̄a. nam multi. ſ. populares differūt a ſapientibus: quia populares ponūt felicitatem cōſiſtere in aliquo bono manifeſto cuiuſmodi ſūt bona ſenſibilia: vt diuitie voluptates ⁊ huiuſmodi: ſꝫ ſapiētes ponunt felicitatem cōſiſtere in aliquo bono ſeꝑato qō per ſeipm̄ ē bonum. Scd̄a differentia ē ipoꝛum populariū ad inuicē. qꝛ quidā ponūt felicitatem conſiſtere in voluptatibus vt intēperati: ⁊ quidā in diuitijs vt auari: ⁊ quidam in honoꝛibus vt ambitioſi. Multotiēs autēꝫ: Tertia differētia eſt eiuſdem hominis ad ſeipſum. nam idē homo vno tēpoꝛe ponit felicitatem conſiſtere in vno ⁊ alio tempoꝛe ponit felicitatem ↄſiſtere in alio. nam cum aliquis eſt egrotatus exiſtimat ſanos eſſe felices: ⁊ exiſtimat felicitatem conſiſtere in ſanitate: ⁊ alio tēpoꝛe cum idem homo eſt ſanus ⁊ mēdicus extimat diuites eē felices ⁊ felicitatem in diuitijs conſiſtere: ⁊ illi qui recognoſcunt ſuam ignorātiam admirantur tāqꝫ felices eos qui poſſunt dicere aliquid magnū qō intellectū eoꝛum excedit. ⁊ vnde quilibet ponit felicitatem in illo conſiſtere qō ipē maxime deſiderat ⁊ in hoc cōueniunt oēs: ſapientes vero poſuerūt felicitatem conſiſtere in aliquo per ſe bono qō ē oībus cauſa eſſendi bonuꝫ: per ſapientes intelligimꝰ pl'onicos. Sꝫ ꝑſcrutari oms̄ opiniōes que ſūt circa felicitatem eēt ſuꝑuacuū ⁊ inane: qꝛ quedam ſūt oīo irrōnabiles: ſed ſufficit illas opiniones maxīe ꝑſcrutari ꝗ̄ habēt aliqꝫ appꝛentiā.

## Non

lateat āt nos qm̄ differūt que a p̄ncipijs rōnes: ⁊ que ad principia. bene. n. ⁊ plato dubitauit hoc ⁊ ꝗ̄ſiuit. vtrū a p̄ncipijs vl' ad principia ē via: quēadmodū in ſtadijs athleticis ad terminuꝫ vel econuerſo.

Hec ē ſcd̄a pars p̄ncipalis ī qua ph̄s oſtēdit quo ordine ē ꝓcedendū circa illas opiniones: ⁊ vl'r ī acꝗrendo cognitōem vltimi finis ⁊ qualiter oꝫ auditorē huiꝰ ſcīe eē diſpoſitū ad h̄ ꝙ bn̄ capiat ea ꝗ̄ ī hac ſcīa docētur: ⁊ ↄtinꝫ iſta ps duas ꝑticl's. In p̄ma oñdit ꝗs eſt ordo ꝓcedēdi ī hac ſcīa. In ſcd̄a ibi: ꝑꝑ hoc oñdit ꝗ̄liter auditoꝛ huiꝰ ſcīe oꝫ diſpōi ad hoc ꝙ credat dicēdiſ ī hac ſcīa. In pꝛīa igit̄ ꝑticl'a: primo ꝓpōit duplicē modū ꝓcedēdi ī ſciētijs quorum vnꝰ ē a p̄ncipijs ad p̄ncipiata: vt qñ ꝓcedit̄ a cāis ad effectū quo mō ꝓcedit̄ ī demr̄atione ꝑꝑ ꝗd. Aliꝰ ē ꝓceſſus a p̄ncipiatis ad p̄ncipia h̄ ē ab effectu ad cās quo mō ꝓcedit̄ in demr̄atōe qꝛ. Eſt ꝫ qō vtrū ī ſcīa morali ī acꝗrēdo cognitōem finis vltimi ſit ꝓcedēdū a p̄ncipijs ad p̄cipiata vl' a p̄cipiatis ad principia multū enī differūt rōcinatōnes que procedūt a cauſa ad effectum ⁊ ratiocinationes que procedunt ecōuerſo. Ideo pl'o rōnabiliter dubitauit h̄. vtꝝ ſit ꝓcedendū ī ſciētijs vno mō vl' alio mō: ⁊ ꝗ̄ſiuit vtꝝ ſit idē ꝓceſſus a p̄cipijs ad p̄cipiata ⁊ ecōuerſo quēadmodū ē eadeꝫ via ī ſtadijs a p̄icipio curſus ad t̄minū ⁊ ecōuerſo. vt ab athleticis ad t̄minū ⁊ econuerſo. Euſtratius dicit hic ꝙ athleteta dicitur ille ꝗ tribuit brauiū victoꝛi ī ſignū victoꝛie: ⁊ ſm̄ al

bertũ tal' ſedebat ĩ ꝑncipio ſtadij oſtdēſ brauiũ currētibꝰ vt eos magi ad currēdũ icitaret. ⁊ qꝛ ꝑſoni videbaẜ: ꝙ eēt idē ꝓceſſꝰ a ꝑncipijs ad principiata: ⁊ ecõuerſo ſicut eſt eadē via ⁊ idē ſpacium ab athleteta ad terminũ ſtadij ⁊ ecõuerſo. ideo ph̃s ꝯ ipſum inducit dicēs. ꝙ non oportet latere rationes iſtoꝝ ꝓceſſuũ eſſe differentes nec ſm quemlibꝫ illoꝝ eſt in qualibꝫ ſciencia ꝓcedendum.

**Incipiendum** quidem igitur a cognitis: hec aũt dupliciter ſunt, hec quidēꝫ eniꝫ nobis hec autēꝫ ſimpliciter: forte igitur nobis incipiendũ eſt a nobis cognitis.

ISTam dubitationē ſoluit ph̃s dicēs. ꝙ ſēper incipiendũ eſt a magis cognitis. magis autem cognitũ eſt dupliciter. vel ſimpliciter. vel quo ad nos. ſemꝑ incipienduꝫ eſt a magis cognitis nobis. Si igiẜ ꝑncipia ſint magis nota nobis ꝗ̃ ꝑncipiata: tunc ꝓcedēdũ eſt a pricipijs ad principiata. ſi ṽo principiata ſint magis nota nobis ꝗ̃ ꝑncipia: tunc ꝓcedendũ eſt a principiatis ad principia. nunc aũt in ſcientia morali ꝑncipiata ſunt magis nota nobis: ꝗ̃ principia: ⁊ ideo in ſcientia morali ꝓcedēdũ eſt a principiatis ad principia. Intelligēda ſunt hic tria. primo ꝙ vbi ſunt eadem nobis magis nota ⁊ magis nota nature. ibi ꝓcedēdũ eſt a principijs ad principiata. ⁊ ſic ꝓceditur ĩ ſcientijs mathematicis. qꝛ in mathematici eadem ſunt magis nobis nota. ⁊ magis nota nature. ſꝫ vbi non eadē ſunt magis nota nobis ⁊ nature. cũ principia ſint ſemper magis nõ nature ibi ꝓcedendũ eſt a principiatis ad principia. cũ in illis principiata ſint magis nota nobis: ⁊ ꝑncipiata magis nota nature. ⁊ tali mõ proceditur in ſcia naturali ⁊ in ſcientia morali. effectus enim naturales ſunt magis nobis noti ꝗ̃ cauſe naturales. ⁊ oꝑatiões virtutum moralium ſunt magis note nobis ꝗ̃ felicitas cũ tñ felicitas ſit cã final' omniuꝫ oꝑationum humanaꝝ. 2° eſt notanduꝫ ſm euſtratiũ ꝙ principiũ finale eſt felicitas: ⁊ ad ipſam velut ad finē ducũt oꝑationes. ſm virtutes. he aũt poſteriores natura velut a felicitate cauſate. nobis aũt maifeſtiores ⁊ magis cognite: ex his nobis incipiendũ ⁊ reuertenduꝫ per ipſas ad cauſas: virtutes enim ſunt principia: ⁊ cauſe oꝑationũ ⁊ actionũ ſm ipſas: quia igitur virtus q̃ ſit vnaqueqꝫ ⁊ qualis ex his q̃ ſm ipſas ſunt oꝑationibus ⁊ actionibꝰ velut nobis manifeſtioribus. cognoſcimꝰ manifeſtuꝫ eſt ꝙ ex cauſatis aſſumimꝰ cauſas ⁊ via nobis ſic fit a principiatis ad principia. hec commentator.

3° eſt ſciendum ꝙ ꝯmentator mouet h̃ dubitationē: qualiter poteſt eſſe ꝙ finis ſit principium cum finis ſit vltimum ⁊ idem non poteſt eſſe vltimũ ⁊ principiũ. Ad iſtud reſpõdet ꝙ cauſa finalis eſt principiũ ſpeculatiõis primo enim cõſideramꝰ finē: deinde ea q̃ ſunt ad finem. ⁊ illud qͦ eſt ad finē eſt ꝑncipiũ oꝑationis. ſed quia ſpeculatio ē prior oꝑatione: nõ enim oꝑaremur: niſi prius ſpecularemur. ⁊ finis eſt principium ⁊ cã ſpeculationis ⁊ ideo cã finalis eſt principale principium ⁊ cauſa tãqꝫ perficiens ea que ducunt ad ipſam: vnde breuiter finis eſt primũ ⁊ vltimũ. primũ in ſpeculatione ⁊ vltimũ in oꝑatione. et quia ſpeculatio eſt prior oꝑatione: ideo finis ſimpliciter dicitur principium.

**propter** qͦ oportet cõſuetudinē duci bene: de bonis ⁊ iuſtis. et totaliter ciuilibus audituꝝ ſufficienter. Tal' autem habet: vl' ſuſcipit vtiqꝫ principia faciliter. Cui aũt neutꝝ exiſtit horum audiat que exiodi. Iſte quidem optimus qui oĩa intellexerit: bonis autem rurſus ⁊ ille qui benedicenti obediet. Qui aũt neqꝫ ipemet intelligit: neqꝫ alium audiens in animo ponit. hic rurſus inutilis vir.

HIc eſt ſcd̃a particula tertie partis principalis: in qua docet qualiter. auditor hꝰ ſcientie debet eſſe diſpoſitus ad hoc ꝙ credat dicendis in hac ſcĩa: quia enim in hac ſcĩa oꝑtet incipere ab his q̃ ſunt nobis magi nota vt ab oꝑibus bonis: q̃ ſunt nobis magis note ꝗ̃ virtutes vl' felicitas q̃ ſunt cauſe bonaꝝ oꝑationũ. ideo oportet ſufficientem auditorem ſcientie moralis duci bonis cõſuetudinibꝰ. ⁊ exerceri in bonis oꝑationibꝰ oportet enim in moralibus accipere aliquid tanquã principium quia eſt qͦ quidem accipitur per experientiaꝫ ⁊ cõſuetudinē ṽbigr̃a. Iſtud eſt vnum principium cõcupiſcentia ſuꝑatur ꝑ abſtinentiaꝫ et ꝙ iſtud ſit veꝝ poteſt aliqs accipere per expiētiam ⁊ cõſuetudinē. ⁊ ſi hoc ſit manifeſtum ꝯ expientiam non eſt multum neceſſariũ ad oꝑandum cognoſcere propter qd. ſicut medico ſufficit ad curandum ſcire ꝙ talis herba curat talem infirmitatem. talis aũt qui eſt exercitatꝰ in bonis oꝑationibꝰ ⁊ ductus bonis cõſuetudinibus. vl' per ſe ipſum habꝫ principia oꝑabilium. vel de facili ſuſcipit ea ab alio. cui autem neutꝝ eoꝝ exiſtit. ſ. ꝙ nec habet principia oꝑabilium nec a ſe nec ab alio audiat ſententiaꝫ exiodi. Exiodus inquit. ille eſt optimꝰ qui per ſe omnia intelligit. bonus auteꝫ qui bene docenti obediet. qui aũt nec per ſe itelligit nec alium audiens in animo poni hic rurſus inutilis eſt vir. Euſtratius dicit hic ꝙ ſi ſciamꝰ quideſt de virtutibus ⁊ felicitate ſufficit ad hoc ꝙ cõſequamur ea q̃ dicuntur. et nequaqꝫ eo ꝙ eſt propter quid indigebimus: maioris enim ſpeculationis eſt ꝗ̃ preſens negotiuꝫ de ṽtute ⁊ felicitate mõſtrare valeat ex prioribꝰ ⁊ cauſis oportet enim trãſcēdere aĩe ſubſtãtiã et intellectũ efferri. ⁊ in deũ omnino ſeꝑatum a materia: q̃ ſola priora ſunt anima. ⁊ monſtrare inde que eſt rationalis aĩe virtus ⁊ ꝙ cõueniens ipſi beatũ eſſe. Capl'm 2ᵐ tractatꝰ ſecundi de opinionibꝰ ponentiũ felicitatē ꝯſiſtere in aliquo bonoꝝ ꝑtinētium ad humanã vitam. Sunt enim tres vite maxime excellētes . ſ. vita voluptuoſa. vita ciuilis. ⁊ vita cõtemplatiua. vita voluptuoſa cõſtituit finē in voluptate ſpiritus. vita ciuilis cõſtituit finē in bono rationis practice. ſ. in exercitio virtuoſorum oꝑum. vita cõtemplatiua cõſtituit fineꝫ in bono rationis ſpeculatiue. ſ. in cõtemplatione veritatis. ſm ṽitatem aũt felicitas nec cõſiſtit in voluptatibus nec in honoribus. nec ē felicitas virtus ſꝫ cõſiſtit in diuitijs.

**NOs Autem** dicamꝰ vnde diſceſſimus. bonum enim ⁊ felicitatem nõ irrationabiliter videnẜ ex his q̃ huius vite ſũt exiſtimare.

ISTud eſt capl'm 2ᵐ tractatus ſcd̃i in quo ponuntur ⁊ reprobantur opiniones ponentium felicitatem cõſiſtere in aliquo bono maifeſto ꝑtinente ad vitam humanam. ⁊ cõtinet quiqꝫ partes principales. In prima reuertiẜ ad principale ꝓpoſitum a quo iam digreſſionēm fecerat cũ determinauit de modo ꝓcedēdi huius ſcientie. ponens illud qͦ eſt cõe oĩbꝰ huiuſmodi opinionibꝰ. In ſecũda ibi. multi quidem ⁊ grauiſſimi. ponit ⁊ improbat opinioneꝫ ponentem felicitatem cõſiſtere in voluptatibus. In tertia ibi. Qui aũt excellentes. ponit ⁊ improbat felicitatē ꝯſiſtere: in honoribus. In quarta ibi forſitan aũt ⁊ magis. ponit ⁊ improbat opinionē ponentem felicitatem ꝯſiſtere in virtute. In quinta ibi pecunioſus aũt. improbat opinionē ponētē felicitatē cõſiſtere in diuicijs. In prima igiẜ parte que eſt narratiã qꝛ ph̃s videbatur feciſſe diſgreſſionem a ꝓpoſito cũ determinauit moduꝫ ꝓcedendi in hac ſcientia redit ad ꝓpoſitum ꝑncipale dicens: nos dicamus vñ diſceſſimus ⁊ dicimꝰ ꝙ nõ irrationabiliter aliqui exiſtimãt ꝙ finale bonum qͦ dicitur felicitas: ſit aliquid ex his que ꝑtinent ad hanc vitam . ſ. humanã cũ enim ſit finis omnium oꝑationũ humanaꝝ: ⁊ finis dꝫ ꝓportionare his q̃ ſunt ⁊ ad finē oꝑatiões humane pertinent ad vitã humanã. ꝓbabile eſt. ꝙ felicitas q̃ eſt finis omniũ oꝑationũ humanaꝝ ſit aliqd ō his q̃ ꝑtinent ad vitã humanã

**Multi** quidem ⁊ grauiſſimi voluptatem. ideo ⁊ vitam diligũt voluptuoſam. Tres eni ſunt maxime excellētes ⁊ que nunc dicta eſt ⁊ que ciuilis eſt. ⁊ tertia: q̃ cõtemplatiua eſt.

HEc eſt ſcd̃a pars in qua ponit opinionem ponentiũ felicitatē cõſiſtere in voluptatibus: ⁊ primo ponit opinionē. ſcd̃o diſtinguit vitam triplicē. ⁊ tertio improbat opinionem Dicit ergo primo ꝙ inter bona huius vite quidam eligunt voluptatē ponentes felicitatē ꝯſiſtere in voluptatibus. ⁊ non ſolũ multi ⁊ populares homiues qui fere omnes ad voluptates declinãt. ſed etiã qdam grauiſſimi vl' ꝓpter auctoritatē ſcĩe vel ꝓpter honeſtatem vite eligunt vitam voluptuoſam ponentes felicitatem in vita voluptuoſa. nã Epycurei: q voluptatem exiſtimabant ſummũ bonũ colebãt virtutes ſed tñ ꝓpter voluptatem. ſ. ne ꝑ contraria vitia eoꝝ voluptas ĩpediretur. Eudoxus aũt q videbatur virtuoſiſſimꝰ ⁊ maxie tēperatus poſuit felicitatem cõſiſtere in delectatione: ⁊ oēs iſti qui voluptatem ponũt ſũmuꝫ bonũ maxime diligũt vitã voluptuoſã. Tres enim ſunt. diſtinguit triplicē vitam. ſ. voluptuoſam q̃ eſt nunc dicta. ciuilē. ⁊ cõtemplatiuam. iſte ſunt tres vite maxime excellētes. i. maxime deſiderate. vita voluptuoſa cõſtituit finem in voluptatibꝰ: vita ciuilis cõſtituit finem in bono practice rationis. ſ. in exercitio ṽtuoſoꝝ oꝑũ: vita cõtemplatiua cõſtituit fineꝫ in cõtemplatione ṽitatis: vita voluptata eſt ſubiecta paſſionibus. vita ciuilis eſt moderatrix paſſionũ. vita cõtēplatiua eſt ſine paſſioĩbus. Intelligenda ſunt hic duo. Primo ꝙ ſicut patet ex decimo huiꝰ vnuſquiſqꝫ reputat illud vitã ſuã ad ꝙ maxime afficiẜ: ſicut ph̃s ph̃ari. venator venari ⁊ ſic de alijs. Et qꝛ hõ afficitur ad vltimũ finem: neceſſe eſt ꝙ vite diuerſificentur ſm diuerſitatē vltimi finis ⁊ ꝓpter hoc qui maxime afficiuntur ad virtuoſa oꝑa ponũt vltimũ finē in oꝑibus virtutũ. ⁊ q maxime afficiunẜ ad ꝯtemplationē ṽitati ponunt vltimũ fineꝫ ⁊ vitam ſuã in cõtēplatiõe veritatis. ſcd̃o eſt notandũ ſm euſtratiũ h̃ ꝙ vita cõtemplatiua eſt vita ſuprema q̃. ſ. ſpeculatiua eſt ſine paſſionibꝰ ⁊ vniuerſaliter omnem irrationabilē abnegãs opinionē non eni vocat' phiſicã mathematicã. vl' theologiã contemplatiuã ſed eam q̃ per mũdationē a paſſionum ſorde ad cõtemplationem feſtinat q̃ reſidens materiam ⁊ carnalē hãc nebulã diuinis per impaſſibilitatē cõiungiẜ.

**Multi** quidē igitur omnino beſtiales videnẜ eē pecudũ vitaꝫ eligentes. Adipiſcũtur autem rationē qa multi eoꝝ q in põtate ſunt ſimilia patiunẜ. ſardanapalo

IMprobat opinionē ponentē felicitatē conſiſtere in voluptatibus declarando ꝙ felicitas nõ cõſiſtit in voluptatibꝰ: et hec eſt cõcluſio duodecima: ꝓbatur ſic in illo in quo cõmunicamus cũ beſtijs non eſt felicitas ſed in oꝑationibꝰ voluptuoſis cõicamus cũ beſtijs vt in delectationibꝰ tactus ⁊ guſtus: ergo felicitas nõ cõſiſtit in voluptatibꝰ de hac rõne

phꝰ innuit minorẽ in lr̃a dicẽs. ꝙ multi videt̃ eſſe beſtiales vitã pecudũ eligẽtes. ſ. ex hoc ꝙ ponũt felicitatẽ cõſiſtere in illo qđ eſt cõe nobis ⁊ pecudibꝰ ſiue beſtijs. ſ. i voluptate. Hic ſunt duo intelligẽda. Primũ ẽ ꝙ vita voluptuoſa q̃ ponit finẽ vltimũ circa delectationes ſẽſꝰ hꝫ ponere finẽ vltimũ circa maximas delectationes ſenſuũ cuiuſmodi ſunt delectationes q̃ ſequũt̃ nãles opatiões. qbꝰ natura cõſuat̃ in eſſe ſm indiuiduũ cuiuſmõi ſũt opationes circa cibũ ⁊ potũ. ⁊ et̃ ſꝫ ſpeciẽ: cuiuſmodi ſunt opatiões facte p cõmixtionẽ ſexuũ. ſꝫ huiuſmõi delectatiões ſũt coẽs hoĩbꝰ ⁊ beſtijs vñ hoĩes ponẽtes finẽ vltimũ i huiuſmõi voluptatibꝰ videt̃ur oĩo eſſe beſtiales: q̃ſi eligentes talẽ vitã vt vitã optimã in q̃ pecudes nobiſ cũ cõicãt. ſi. n. felicitas ↄſiſteret i huiꝰmõi voluptatibꝰ beſtie fruentes delectatiõe in cibo ⁊ coitu eſſent felices. ⁊ p h̃ pbat̃ maior. ſ. ꝙ felicitas nõ cõſiſtit in illo qđ eſt cõe nobis et beſtijs qꝛ ſi ſic beſtie eſſent felices ꝙ falſũ ẽ. qꝛ felicitas de qua q̃rimꝰ eſt ꝓpriũ bonũ hominis

Scđo eſt notãdũ ſm euſtratiũ ꝙ ponentes felicitatẽ ↄſiſtere in voluptatibꝰ ſunt vere beſtiales ⁊ huiꝰ ponit duplicẽ cauſã. primã poit dicẽs ꝙ tales ſunt beſtiales: eo ꝙ irrationabilibꝰ paſſionibꝰ ſubiacẽt ⁊ ſeruiliter ſubdũtur quos ⁊ pecudũ dixi viuere vita. qm̃ cũ ſint rõnales natura electione ſe ipſos coordinauerũt velut irrõbilia aĩalia ad ſolã voluptatẽ ſꝫ ſẽſum reſpiciẽtes ⁊ hec eſt pma ratio q̃re ſũt beſtiales. 2aꝰ cãꝫ poit ď. vel qꝛ vt pecudes a dominatoribꝰ ſuis ducũt̃ ad qđ ipſis placꝫ: ita ⁊ ipſi a voluptate: ſic igit̃ dicunt̃ beſtiales tũ qꝛ ſolã delectationẽ ſm ſenſũ ſequũt̃. tũ qꝛ ducũtura voluptatibus ſicut pecudes a ſuis dñis. Adipiſcũtur aũt iſti ponẽtes felicitatẽ cõſiſtere in voluptatibꝰ rõeꝫ aſſumũt ad hoc ponendũ qꝛ videt ꝙ multi in potãtibꝰ ↄſtituti ſunt reges ⁊ pncipes q infeliciſſimi apud vulgũ reputãtur. ſilia patiũtur cuidã regi Aſſiriorꝫ ſardinapalo q fuit totaliter voluptatibꝰ deditꝰ ⁊ propter hoc credũt voluptatẽ eſſe optimã qꝛ ineſt optimis ⁊ feliciſſimis. ſm reputationem vulgi. Notanda ſunt hic duo dicta euſtratij primũ ẽ ꝙ ſi pncipes ſint mali: ſubditi erũt mali. ⁊ ſi pncipes ſunt boni ſubditi erũt boni. dicit̃ enim ſic. Si in ciuitatibꝰ vl̃ in gentibꝰ potãtẽ habentes nõ eſſent ſm paſſionẽ viuẽtes ſꝫ amando labores laborioſe viuẽtes ⁊ ſm v̇tutẽ. vtiqꝫ aliqñ ſordidioribꝰ ſubditorꝫ ad ſe ipſos ĩgreſſum ↄcederent. ſꝫ abicerent ⁊ tũc malũ nõ augmentaret̃ ſꝫ diminueretur vl̃ pfecte exterminaret̃. Si aũt qui in potãte conſtituti ſunt ſordidi ſunt ⁊ in paſſionũ voluptatibꝰ viuentes ⁊ ſardanapalo ſiles. ſibi ipſiſ ſiles familiares facient. ⁊ malitiam accreſcere faciẽt. 2o eſt notandũ illud qđ ipſe narrat de ſardinapalo. dicit enim ꝙ ipſe fuit rex aſſiriorꝫ mulierũ inſanꝰ amator luxurioſꝰ ⁊ impudicus oĩo i palacijs manens. arma quideꝫ non accepit nec ad venationẽ exiuit: ſed faciẽ vnxit. ⁊ oculos depinxit ad cõcubinas decertãs de pulchritudine ornatꝰ oĩmode muliebri cõſuetudine vtẽs: ille interfectꝰ ẽ a perſa: adulatores aũt ⁊ guloſi ſcripſerũt in ſepulchro eius. tanta habeo quanta comedebã ⁊ bibebã Hec euſtratiꝰ

**Qui aũt** excellẽtes: ⁊ opatiui honorẽ Ciuilis. n. vite fere h̃ finis

Hec eſt tertia pars huius capli in qua inquirit de opinionibꝰ ptinentibꝰ ad vitam ciuilem ad quã ptinet honor ⁊ virtꝰ. ⁊ primo ponit opinionẽ ⁊ rationẽ opinionis ponentium felicitatẽ ↄſiſtere in honoribꝰ. ⁊ poſtea iꝑprobat eam: dicit ergo pmo ꝙ illi q ſunt magis excellentes ⁊ virtuoſi: ⁊ opatiui opũ bonorũ: ponũt honorẽ eſſe felicitatẽ. ⁊ ratio huiꝰ ẽ ſcꝫ ꝙ felicitas cõſiſtit magis in honore q̃ꝫ i voluptate, nã honor videt̃ eſſe finis totiꝰ vite ciuil̃. nã honor reddit̃ his qui bene opant̃ in vita ciuili quaſi ſũmũ pmiũ ⁊ in colẽtibꝰ vitã ciuilẽ videt̃ ꝓbabile ꝙ felicitas cõſiſtat in honore.

**Uidetur** aũt magis ſupficietenꝰ eo qđ q̃ritur: videt̃ enĩ in honorantibꝰ magis eſſe: q̃ꝫ in honorato. Bonuꝫ aũt ꝓpriũ quidẽ ⁊ qđ difficile aufert̃ eſſe diuinamꝰ. Ampliꝰ aũt vident̃ honorem querere. vt credãt ſe ipſos bonos eẽ. Querũt aũt a prudẽtibꝰ honorari ⁊ apud eos a quibꝰ cognoſcũtur ⁊ in virtute. Maĩfeſtũ igitur qm̃ ſm hos virtus meliorem eſt

Iſtam opinionẽ improbat declarando qđ felicitas non cõſiſtit in honoribus ⁊ hec ẽ cõcl̃o tertiadecima huiꝰ libri. d. pmo ꝙ honor magis videt̃ eſſe ſupficialis. i. bonũ minꝰ pfectum q̃ꝫ bonũ qđ q̃rit̃. cõcl̃o: ꝓbat̃ dupliciter. primo ſic: felicitas eſt in felice ita ꝙ eſt ꝓpriũ bonũ felici. ⁊ de difficili ab eo aufert̃: ſed honor eſt in honorante ⁊ non in honorato. g̃ felicitas nõ cõſiſtit in honoribꝰ. vñ põt ratio ſic formari ſi felicitas cõſiſtit in honoribꝰ. ille q honoratur eſſꝫ felix ꝓpter honorẽ ſibi exhibitum ſꝫ nõ oportet ꝙ ille qui honorat̃ ſit felix qđ pꝫ quia felicitas eſt in felice ſꝫ honor non ẽ in honorato. g̃ felicitas non eſt honor: nec ille qui honorat̃ eſt felix ꝓpter honorẽ ſibi exhibitum. Circa illã ꝓpoſitionẽ honorẽ in honorante ⁊ non in honorato. eſt intelligendũ ꝙ iſtud ſic intelligit̃: honor ẽ in potãte honorantis ⁊ non in potãte honorati: non enim eſt in poteſtate hominis ꝙ ipſe honoret̃. Nã honor eſt exhibitio reuerentie in teſtimoniũ excellentie boni. ſed non eſt in potẽte hominis ꝙ tal̃ reuerentia ſibi exhibeat̃ quãtũcũqꝫ ipſe ſit virtuoſus ſꝫ eſt in poteſtate honorantis: ⁊ ſic debet intelligi ꝙ honor eſt in honorante ⁊ nõ in





honorato. qꝛ in poteſtate honorantis eſt ꝙ honoret: ſed non eſt in potãte honorãti qđ honoretur. ⁊ hoc ſufficit quãtũ ad rationẽ phi. quia enim felicitas eſt in poteſtate felicis. et honor debitus felici non eſt in poteſtate felicis. ꝙ honoret̃ ideo ſequit̃ ꝙ felicitas non cõſiſtit i honore. Poteſt etiã ſic intelligi ꝙ honor ẽ in honorante: qꝛ cõſiſtit in actu honorãtis ⁊ nõ conſiſtit in actu illiꝰ qui honorat̃: ⁊ ex hoc ſeqnit̃ ꝓpoſitũ phi. ſ. ꝙ honor nõ eſt felicitas: qꝛ felicitas cõſiſtit i actu felicis: ſed honor debitus felicis non cõſiſtit in actu felicis: g̃ honor debitus felici non eſt felicitas. et ſi aliqs honor eſſet felicitas maxime honor debitꝰ felici eſſꝫ felicitas: qꝛ ille honor videt̃ eſſe ſũmũ pmiuꝫ debitũ felici ꝓ opibꝰ ſuis. Albertꝰ dicit hic ꝙ honor magis ẽ in honorãte ſm eſſentiã, ſed in honorato per cauſaꝫ. Itẽ honor eſt in honorante ſubiectiue: qꝛ eſt actꝰ honorãtis. ⁊ eſt in honorato obiectiue: qꝛ eſt circa honoratũ tã q̃ꝫ circa obiectũ. Amplius ⁊ videt̃. 2o ꝓbatur cõcl̃o. ſic in illo qđ appetit̃ ꝓpter aliud nõ conſiſtit felicitas. ſꝫ honor appetitur ꝓpter aliud g̃ felicitas nõ cõſiſtit i honore vl̃ honoribus. maior patꝫ ex quo felicitas eſt vltimꝰ fis humanorꝫ qui ſolũ ꝓpter ſe appetit̃ inter res humanas ſeq̃t̃ ꝙ in illo qđ appetit̃ ꝓpter aliud nõ ↄſiſtat felicitas. ⁊ minor dclarat̃ nã homines appetunt honorẽ vt firmã habeãt de ſe opiniones ꝙ ſunt boni: qđ pꝫ qꝛ hoĩes querũt honorari a prudentibꝰ ⁊ ab illis qui nouerit eos in v̇tute. A prudẽtibꝰ qdã vt recte iudicãtes dignos: ſe ipſos exiſtimẽt honor̃. A cognoſcentibꝰ aũt vt ex ignorãtia errãtes eos non exiſtẽtes bonos honorẽt vt bonos. In virtute aũt qm̃ i hac viuere diligũt ⁊ q̃rũt certitudinẽ vt ſciãt firmiter ſi quid diligũt hñt: hec ergo eſt rõ: honor querit̃ ꝓpter aliud. ſ. vt ſit ſignũ virtutis. g̃ non eſt finis vltimꝰ ⁊ per cõſequẽs honoris non eſt felicitatis.

**Forſitan** autem et magis vtiqꝫ aliqs finem ciuilis vite hãc exiſtimet. Uidet̃ aũt iperfectior ⁊ hec. videt̃ enĩ cõtingere ⁊ dormire habẽtem virtuteꝫ l̃ non opari. ꝑ vitã ⁊ cũ his mala pati: ⁊ infortunatum eſſe plurimũ. Ita aũt viuẽtẽ nullꝰ vtiqꝫ felicitabit niſi poſitionẽ cuſtodiat: ⁊ de his quideꝫ igit̃ ſatis. Sufficienter enĩ i Enchydijs dictũ eſt de ipſis. Tertia aũt eſt cõtẽplatiua de qua pſcrutationẽ facię̃mꝰ in ſequẽtibꝰ.

Hec eſt quarta pars in qua reprobat̃ opinionis ponẽtis felicitatẽ cõſiſtere in virtute. ⁊ pmo narrat ꝙ felicitas magis videt̃ conſiſtere in virtute q̃ꝫ in honore qa honor videt̃ eſſe ipfectior q̃ꝫ virtus cũ honor nõ q̃ratur niſi vt ſit teſtimonium virtutis. ⁊ tamen felicitas non eſt virtus. ⁊ hec ẽ cõcluſio decimaquarta ꝓbat̃ dupliciter. primo qꝛ virtꝰ põt eſſe i dormiente ⁊ nõ in opante ſm virtutẽ ꝑ totã vitã ſꝫ felicitas non põt eſſe niſi in opante ſm virtuteꝫ. g̃ felicitas non eſt virtus. Intelligẽdum eſt ꝙ virtꝰ põt eſſe in non opante ſm v̇tutem per totã vitam poſt virtutẽ acquiſitaꝫ tñ virtus non eſt virtus niſi in aliquo in quo ante virtutem acquiſitam erãt opationes bone quia virtus non acquirit̃ niſi ꝑ bonas opationes. tñ poſſibile eſt ꝙ virtuoſus poſt virtutem acquiſitam non operetur ſꝫ virtutẽ. qꝛ poſſibile eſt ꝙ ſtatim moriat̃ poſt acquiſitionem virtutis. Et cum his mala pati. 2o ꝓbat̃ cõcluſio ſic. Si felicitas eſſꝫ virtus ⁊ oĩs virtuoſus eſſet felix. cõſeqnẽs ẽ falſum. g̃ ⁊ añs. cõſequẽtia de ſe pꝫ. ⁊ falſitas cõſequẽtis ꝓbat̃ per hoc ꝙ cõtingit v̇tuoſum pati multa mala infortunia. cõtingit enĩ v̇tuoſum eſſe egrotantẽ aut inopem: vl̃ inſidias ſuſtinentem. per quẽ opatio ſm v̇tutẽ reſcindit̃. Sꝫ infortunatum vl̃ non opantem ſm virtutẽ nullꝰ diceret eſſe felicem niſi ꝓteruiendo velit h̃ ſuſtinere tanquã poſituꝫ cõtra rationes ꝑ ſe manifeſtas. g̃ non eſt neceſſe ꝙ oĩs virtuoſꝰ ſit felix. et hoc ſufficit quãtũ ad preſens. Sed de his ſufficiẽter dictum eſt in Enchydijs. hoc eſt in quibuſdam v̇ſibus circularibꝰ quos cõpoſuit de felicitate. tertia aũt. ś vita cõtemplatiua non determinat hic ſꝫ dicit ꝙ illa tertia vita. ſ. cõtemplatiua pſcrutabit̃ inferiꝰ. ſ. in decimo huius

**Pecunioſus** autem qđ violenter eſt: ⁊ diuitie nõ ſunt qđ q̃ritur bonũ: vtiles enim ſunt ⁊ alteriꝰ gr̃a ideo magis q̃ priora dicta ſunt finis aliquis vtiqꝫ exiſtimat: ꝓpter ſe enim diligunt̃. videt̃ aũt neqꝫ illa q̃ꝫuis multi ſmones ad hoc compoſiti ſint. hec autem relinquant̃.

Hec ē tertia principalis huius capituli ī qua ꝓbat concluſionē principalem per rōnes ſumptas ex pte hoīs. ꝛ ꝯtinet quattuor ꝑticulas ſm numerū quattuor rōnum q̄ ordine ſuo apparebunt. primo igiꝛ ꝓbat per rōem ſumptaꝫ ex parte hoīs ꝙ oīs virtꝰ moralis habet fieri circa delectatōes ꝛ triſtitias: ꝛ hec eſt ratio. Circa illud habet virtus fieri qđ ē commune omni bono humano. ſed delectatio hēt fieri circa omne bonuꝫ humanuꝫ ꝛ triſtitia circa omne malum oppoſitū. g̊ circa delectatiōeꝫ ꝛ triſtitiam habꝫ fieri omnis virtus moralis. patꝫ maior. nam virtꝰ circa oē bonum humanum ꝛ eius oppoſitū habꝫ fieri. ꝛ minor declaratur ſic. triplex ē bonū humanum. ſ. bonū honeſtuꝫ: bonum vtile: ꝛ bonū delectabile: ꝛ omne bonū honeſtum ē bonum delectabile ꝛ non econuerſo. oē bonuꝫ vtile ē bonum delectabile ꝛ nō econuerſo. ꝛ ita bonū delectabile ē cōe omni bono humano. Similr̄ triplex ē malum, quoddamq̄ꝫ opponiꝛ bono honeſto. ſ. malū. i. vicium qđ opponiꝛ bono honeſto: ꝛ nociuū qđ opponiꝛ bono vtili. ꝛ triſte qđ opponiꝛ bono delectabili. ꝛ circa omnia hec bonꝰ. i. virtuoſus ē directiuꝰ hoc ē bene ſe habet. malus autem ideſt vicioſus peccanſ maxime autē circa delectationeꝫ. quia hec cōmunior ē alijs. ꝛ hec duplici cōmūitate vt hic innuit phs. prima ſumitur ex his quibꝰ ineſt delectatio. Nam delectatio ē cōmunis omnibꝰ aīalibꝰ. ſed vtile ꝛ honeſtum ſolū inē hominibꝰ. delectatio enī cōmunis ē oībus animalibꝰ. non ſolū enim cōuenit delectari ſm apprehenſionē intellectiuā. ſꝫ ēt ſm apprehenſionē ſenſitiuam que ē cōmunis oībus animalibꝰ. ſcđa coītas accipiꝛ ex parte rerum delectantiū. i. cauſantium delectatōeꝫ. Nam delectatio ſeqtur ad omnia que ſub electione cadunt. bonum eniꝫ hōeſtū ē delectabile ꝑut ē conueniēs rōni. bonum ꝛ vtile ē delectabile. ꝛ ita oē bonum humanū ē delectabile. cum ergo delectatio ꝛ triſtitia ſint maxime cōmunia ſeqtur ꝙ virtus maxime hꝫ fieri circa delectationes ꝛ triſtitias. Notandū ē ꝙ illa diuiſio boni compꝛ̄hendit oēm rōem boni. nam bonū ē t̄minꝰ motꝰ ipſius appetitꝰ. pōt igiꝛ ſufficiētia illius diuiſionis boni colligi ꝓportōaliꝛ ex termino motꝰ corporis naturalis. t̄minꝰ eniꝫ motꝰ ē duplex. qdam ē terminus ſimpliciter ꝛ ille ē vltimus terminꝰ motus quo acquiſito ceſſat motus. ꝛ qdā ē terminꝰ ſm qd ꝛ ſic media int̄ ꝑncipiū motꝰ ꝛ vltimuꝫ finē motus terminans motū ſm qd. q2 nō termināt totum motū ſꝫ aliquā ptē motꝰ. illud āt qđ vltimate terminat motū ē duplex quoddā poſitiuuꝫ qđ ē per ſe ꝛ ꝑncipalr̄ terminꝰ vt locus vel forma ꝛ quoddā priuatiuum. ꝛ illud ē qes ſub per ſe termino motꝰ. vbigrā: ſi fiat motus de nigredine in albedine ꝑ fuſcedinē mediā fuſcedo ē terminꝰ ſm qd illꝰ motꝰ q2 termīat aliquam pteꝫ illius motꝰ ꝛ albedo ē pſe terminꝰ illius motꝰ tamq̄ꝫ poſitiuū ꝑ ſe intentū a motore. ꝛ quies ſub nigredīe ē terminꝰ ꝑuatiuꝰ illius motꝰ ſic ꝓportionabilr̄ ē ī motu appetitꝰ. naꝫ illud terminat motū appetitꝰ ſm qd qđ ē mediū ordiatum ad aliud. ſ. ad vltimum terminū appetitꝰ ꝛ illud diciꝛ bonū ꝯferenſ ſeu vtile. id autē qđ vltimate terminat motū appetitꝰ ſicut res poſitiua in quā appetitꝰ per ſe tendit ē bonū honeſtuꝫ. q2 ſm tulliū. honeſtū ē qđ ꝓpria ſua vi attrahit ꝛ allicit appetitū. illud vero qđ terminat motum appetitus tāq̄ꝫ quies in re deſiderata ē ipſa delectatio ſeu bonum delectabile. Et eſt ſciendum ꝙ ſi illa tria ſtricte accipianꝛ ſic habent rationem oppoſitorum. naꝫ illa ſtricte ꝛ proprie dicuntur delectabilia que nullaꝫ aliam rationem habent appetibilitatis niſi delectationē: cum talia ſint quandoq̄ꝫ nociua et ī honeſta. vtile vero proprie dicitur qđ non hēt de ſe vnde deſideretur. ſed ſolū deſideratur ꝑpter aliud vt pocio amara propter ſanitateꝫ ſed bonum honeſtum eſt illud quod propter delectationem in ſe habet vnde deſideratur.

Adhuc autē ex puero. ſecūda ratio ſūpta ex pte hoīs ē illa circa illam paſſionem maxime habet fieri virtus que ineſt nobis a ꝑncipio q2 maxime difficile ē illam paſſionem ſubiugare. ſed delectatio ineſt nobis a ꝑncipio. q2 ſtati cū naſcimur ineſt nobis delectatio. puer enim ſtatim cum naſcitur delectatur ī lacte. ergo circa delectationem maxime habet fieri virtus. ergo ꝛ circa triſtitiam. Regulamꝰ auteꝫ. Rō tertia ſumpta ex parte hominis eſt iſta. circa illa habet fieri virtꝰ per que hoīes maxime regulant ſuas operationes. ſed per delectatiōes ꝛ triſtitias homines maxime regulāt ſuas opationes. homines enim illis operationibus īēdunt in quibus delectantur: ꝛ ab illis abſtinent quibus triſtantur. ergo circa delectationes ꝛ triſtitias habet fieri omnis virtus moralis. Ad hunc autem difficilius. 4. ratio ſumpta ex parte hoīs ad ꝯcluſionem principalem



eſt iſta. circa difficile ē ars ꝛ virtꝰ. ſed reſiſtere delectatōi ē difficile. q2 vt ait Eraclitꝰ. difficilius ē pugnare ꝯ voluptatē q̄ꝫ cōtra irā. cum g̊ difficile ſit pugnare ꝯtra irā. ſequiꝛ ꝙ difficile ē pugnare ꝯtra voluptatē. g̊ ꝛc̄. ꝛ ſic in hoc capitulo ꝓbata ē concluſio vna huiꝰ libri. ſ. ꝙ oēs ꝟtutes morales hūt fieri circa delectationes ꝛ triſtitiaſ. ꝛ hec ꝯcluſio ē in hoc capitulo ꝓbata ꝑ. 9. rōes. Dubitaꝛ hic circa dictū ſtoicoruꝫ q dīc ꝟtutes eē īpaſſibilitates. dubitaꝛ vtrū ꝟtus moralis poſſit eē ſine oī paſſione. videꝛ ꝙ ſic. q2 tāto ꝟtus ē ꝑfectior quāto magis ſuperat paſſiones. g̊ ꝟtus aliq̄. ſ. ꝟtꝰ ꝑfectiſſima ē ſine oī paſſiōe. Itē paſſio ꝯtrariaꝛ ꝟtuti. q2 creſcēte paſſione diminuiꝛ virtus ꝛ diminuta paſſione creſcit virtꝰ. ſed virtꝰ pōt eē ſine oī eo qđ ꝯriaꝛ virtuti. g̊ ꝛc̄. Item arguiꝛ ꝑ rōnes ſtoicoꝝ quas recitat Albertꝰ ſuꝑ primum huiꝰ. ꝑ ſic. cū felix ſit totus ſanꝰ tā in rōe q̄ꝫ in appetitu. q2 alr̄ non eēt felix. oꝫ ꝙ ſit totus infra metas mētis ꝛ ſapīe ꝯſtitutꝰ. ſed ille q totꝰ infra metas ſapīe ꝯtineꝛ nihil ſentit nec reputat bonum niſi illud qđ in veritate ē bonū. ꝛ ꝑ ꝯñs nō ſentit aliquā paſſionē. 2º arguitur ſic. felicitas ē opatio ſm virtutē ꝑfectā. ſꝫ virtus ꝑfecta non ē niſi purgati animi ꝛ a paſſionibus totaliter elōgati. ergo virtꝰ ꝑfecta in ſūmo non ē niſi aī oīo īpaſſibilis. Quod ꝯfirmaꝛ ꝑ hoc ꝙ ꝑfecto in ſūmo nihil deeſt de perfectōe ꝟtutis. ſed virtutibus moderatiuis paſſionuꝫ cuiuſmōi ſunt virtus polytica ꝛ virtus purgatoria mltum deeſt de ꝑfectione virtutis. ergo felix felicitate perfecta ē omnino ſine paſſionibus. ꝛ hec fuit opinio ſtoicoꝝ. Contrarium pꝫ ꝑ phm̄ hic in textu. Illū. n. hoīem dicit phs agreſtem ꝛ īſenſibilē qui nullā paſſionē ſentit ſed nullus virtuoſus eſt agreſtis aut inſenſibilis ſcđm phm̄. ideo nullus virtuoſus ē oīo ſine paſſionibus. Ad iſtud dubiuꝫ dicendum ꝙ virtutū moraliū quedā ſūt circa paſſiones ſicū circa ꝓpriam materiam ſicut fortitudo ꝛ temperantia: ꝛ quedam circa operationes vt iuſtitia. ſicut patebit. 5. huius. dico g̊ ꝙ illa virtus que eſt circa paſſiones ſicut circa ꝓprium obm̄ non pōt eſſe ſine paſſione. qđ ꝓbatur. q2 aliter eſſet virtus ocioſa cum nullius habitus exerciciuꝫ haberi poſſit ſine ꝓpria materia ꝛ obō. ſꝫ illa virtus que ē circa operationes pōt eē ſine paſſione proprie dicta. delectatio enim que cōſequitur operationem iuſti nō ē paſſio ꝓprie dicta. Et ſi dicatur ꝙ vita contemplatiua ē ſine paſſionibus ſcđm Euſtratium ſuꝑ primū huius. ꝛ perconſequens virtuoſus poteſt eſſe ſine paſſionibus oīo. Dicendum vt mihi videtur. ꝙ ſi aliqs tm̄ det ſe contemplatōni ꝙ ſit quaſi ſeꝑatus a corpore ꝛ ſine paſſionibus erit ſine virtute morali que eſt circa paſſiones. nec eſt inconueniens ꝙ felix felicitate contēplatiua perfectiſſima ſit omnino ſine virtute morali que ē circa paſſiones. ſicut enim ſubſtantie abſtracte a materia ſunt ſine paſſionibus. ita etiam ſunt ſine virtutibus moralibus. Ad ꝑmum incontrariuꝫ dicendū. ꝙ q̄ꝫto virtus ē perfectior tanto magis ſuperat paſſiones inordinatas. ſed ex hoc non ſequitur ꝙ ſit omnino ſine paſſione. Ad ſcđm dicendū ꝙ paſſio regulata ratione non contrariatur rationi. ſed ſolum paſſio rationi reſiſtens ꝛ ſine tali paſſione poteſt eſſe bene virtus non tamen ſine paſſiōe moderata. Ad primam rationem ſtoicorum dicendū ꝙ felix eſt totus ſanus ꝛ infra metas mentis conſtitutus ſic ꝙ per nullā paſſionem a medio rationis abducitur. ſed ex hac non ſequitur ꝙ aīmus eius non poſſit tangi a paſſionibus. Ad ſecūdū dicendū ꝙ felicitas ſpeculatiua ē operatio ſecūduꝫ virtutē perfectaꝫ ſcilicet ſcđꝫ virtutē ſapientie vt patebit. 10. huius. ꝛ felix huiuſmōi felicitate ſi pōt eſſe ſine paſſionibus poteſt eſſe ſine virtute morali que eſt circa paſſiones. Et ſi dicatur ꝙ alique ꝟtutes morales ſūt virtutes purgati aī. ſed virtus purgati animi ē ſine paſſionibus ſecundū Macrobiū ꝛ Euſtratiū. Dicēdū ꝙ ſi aliq̄ virtus moralꝛ ſit virtꝰ purgati aī illa ē q̄ non ē ad paſſiones edomādas. ſꝫ ex eius ꝑfectōe ſolum ordinaꝛ ad paſſiones iā edomitas regulādas.

Capitulum quartū. ti. pri. in quo ſoluiꝛ. 4. qō pricipalis huius libri. que eſt iſta. qualiter virtꝰ generaꝛ ex opationibꝰ virtuoſis vt iuſtꝰ ex opationibꝰ iuſtis. Iſtud. n. ē dubiū qm̄ ſicut videmꝰ eē in artibꝰ ꝙ nullus facit opa artis niſi hñs artem. nullus. n. facꝛ opꝰ grāmatici niſi grāmaticꝰ. ꝛ eodē mō vr̄ eē de ꝟtutibꝰ ꝙ nullus facit opa iuſta niſi iuſtus. ꝛ ſic non fit iuſtꝰ ex operationibus iuſtis ſed magis econuerſo ex habitu iuſtitie fiunt operationes iuſte. ꝛ hec dubitatio ſoluitur dupliciter. primo ꝙ aliqs non hñs artem pōt facere opa artis. ſed nō artificialr̄ ꝛ ſic nō hñs virtutē pōt facere opera virtutis ſed nō virtuoſe. nō iuſtus enim pōt facere opera iuſta ſed non iuſte. ſcđo ſoluitur per interemptionem ſimilitudinis inter ꝟtutem ꝛ artem eſt enim diſſimilitudo ī hoc ꝙ his que ab artibus fiunt eſt bene in ipſis operatis que autem ſecundū virtutem habent bene in operantibus ſcilicet ſcire eligere propter hec ꝛ firme ꝛ immobiliter operari ꝛc̄.

QUerer aūt vtiq̄ꝫ aliquis q̄liter dicimꝰ qm̄ opꝫ quidē iuſta opantes iuſtos fieri: tēperata āt tēꝑatos. Si. n. opantur iuſta ꝛ tēꝑata iam ſūt iuſti ꝛ tempati: queadmodum ſi grāmatica ꝛ muſica grāmatici ꝛ muſici. Uel neq̄ꝫ ī artibꝰ ita hꝫ. Cōtigit. n. grāmaticū qd facer̄ a caſu ꝛ alio ſuppoſito. Tūc igiꝛ grāmaticꝰ ſi grāmaticꝰ qd faciat ꝛ grāmatice hoc āt ē ſꝫ eā q̄ ī ipo

grãmatica. Adhuc autẽ neqꝫ ſile ẽ i artibus ⁊ ĩ ṽtutibus. Que enim ab artibus fiũt bñ hñt in eis. ſufficit igitur hec qualr̃ habentia fieri. que ãt ſcd̃m virtutes fiunt neqꝫ ſi hec qualiť habeant iuſte vel temꝑate oꝑata ſũt. Sed ſi oꝑans qualiter habens opereť. Primum quidẽ ſi ſciens: deinde ſi eligens ⁊ eligẽs ꝑꝑ hec: tertiũ ãt ⁊ ſi firme ⁊ imobilr̃ habeat ⁊ opetur. hec autẽ alias quidem artes non cõnumerãtur preter ipm ſcire: ad ṽtutes ãt ſcire qdẽ aut nihil põt alia ãt nõ paruꝫ: ſꝫ oĩa poſſunt q̃ ex multotiẽs oꝑari iuſta ⁊ temperata adueniũt.

Istud ẽ capl̃m. 4ᵘᵐ. ꝓmi tractatus in q̃ mouet ⁊ ſoluiť. 4. queſtio principalis huius ſcd̃i libri. ſ. q̃liter ṽtus generať ex oꝑibus ṽtutis. ⁊ continet iſtud capl̃m tres ꝑtes principales. In prima põit ⁊ ſoluit q̃õnem. In ſcd̃a ibi. Res qdẽ igiť. Ponit ⁊ ꝓbat vnam ꝯcluſionẽ ꝑ quã apparꝫ ſolutio ꝓ͂ncipalis q̃õnis. In tertia ibi. Sed multi. Remouet quẽdã errorem. Prima ps ꝯtinꝫ tres ꝑticulas. i prĩa poniť q̃õ ⁊ rõ q̃õnis. In ſcd̃a ibi. Uel neqꝫ in artibꝰ. Ponitur vna ſol̃o q̃õnis. In tertia. Adhuc ãt neqꝫ ſimile. Poniť alia ſolutio ad eandẽ q̃õnẽ. In prĩa igiť ꝑticula moueť dubitatio ⁊ poniť rõ dubitationis. qꝛ. n. dictum ẽ ꝙ ṽtus generať ex oꝑationibus bonis vt ex iuſtis oꝑationibꝰ efficiť aliquis iuſtus. ĩõ moueť q̃õ q̃liter hꝫ poteſt eẽ ꝙ ex oꝑationibus ṽtutis genereť ṽtus vt ex oꝑationibꝰ iuſtis iuſtitia. Rõ huiꝰ dubitationis ẽ. qꝛ illud dictum nõ videť eẽ verum ꝓ eo ꝙ ſicut ẽ in artibus ita ẽ in ṽtutibꝰ. ſed in artibus ẽ ſic. ꝙ nullus facit oꝑa artis niſi hñs artẽ. nullus. n. facit oꝑa grãmaticalia niſi grãmaticus nec muſicalia niſi muſicꝰ. ergo eodẽ modo nullus facit oꝑa iuſta niſi iuſtꝰ. ⁊ ꝑ ꝯñs ex iuſte operari nõ fit aliquis iuſtus. quia eo ipo ꝙ aliquis iuſte oꝑatur ẽ iuſtus. vñ cũ idẽ non ſit generans ⁊ generatũ reſpectu eiuſdem cũ nihil generet ſe. ⁊ iuſte oꝑari ẽ effectiue a iuſtitia ſeq̃tur ꝙ iuſtitia non efficitur nec generatur ex iuſte operari cum ſit econuerſo.

# Uel neque in artibus.

Hec ẽ ſcd̃a ꝑticula prĩe ꝑtis in qua poniť vna ſolutio que ẽ ꝑ interemptionem huius ꝓpoſitionis accepte in rõe dubitatõnis q̃ ẽ iſta. nullus facit oꝑa artis niſi hñs artem. qꝛ nõ grãmaticꝰ põt facere oꝑa artis grãmatice. nam aliquis idiota põt a caſu ꝓferre oratiõeꝫ congruam. nullus tñ põt grãmatice hoc ẽ artificialr̃ ſꝫ grãmaticam facere oꝑa grãmaticalia niſi grãmaticus. ⁊ eodẽ modo aliquis non iuſtus põt facere opera iuſta non tamẽ iuſte. ſed ſcd̃m habitum iuſticie. Intelligendum ꝙ non iuſtus faciens opera iuſta nõ operatur a caſu ſed per ſe ſi intendit generationẽ ṽtutis qꝛ facit opera iuſta per rationẽ praticã exñteꝫ i ipo q̃ ẽ ꝓ͂ncipiũ mouẽs ad generatõeꝫ ṽtutis

# Ad huc neque ſimile

Hec eſt tertia ꝑticula prĩe ꝑtis in q̃ poniť alia ſol̃o que ẽ ꝑ interemptõem ſilitudinis aſſũpte iter artẽ ⁊ virtutẽ ⁊ ꝯtinet hec particula duas ꝑtes. In prĩa ponit ſolutõem. In ſcd̃a ibi. Primũ qdẽ. Enũerat q̃dam q̃ req̃rũť ad hꝫ ꝙ aliqua oꝑatio fiat ṽtuoſe. In prĩa igiť ꝑticula. d. ꝙ nõ ẽ ſile de artibꝰ ⁊ ṽtutibꝰ. quia oꝑa q̃ fiũt ſm artẽ hñt in ſeipis illud q̃õ ꝑtinꝫ ad bene eẽ artis ⁊ nõ req̃runt bonitatem in faciente. nõ enim oꝫ ꝙ faciens ſm artẽ ſit bonꝰ ſed illa q̃ fiũt ſcd̃m ṽtutem req̃rũt bonitatẽ in ipſo faciente. ⁊ ĩõ q̃ṽuis ita eſſet ꝙ nullus poſſet facere oꝑa artis niſi hñs artem ex hoc non ſeq̃tur ꝙ nullus poſſꝫ facere oꝑa virtutis niſi hñs virtuteꝫ. Notãdũ ẽ hic ꝙ cã huius diſſimilitudis iter artem ⁊ virtutẽ ẽ hec. qꝛ enim ſm phm̃. 6ᵒ. huius. Ars ẽ recta ratio factibiliũ ⁊ facere ẽ oꝑatio tranſiẽs in exteriorẽ materiã ⁊ talis oꝑatio ẽ ꝑfectio ipſius facti. ĩõ in oꝑationibus artis bonum artis conſiſtit in ipo facto. ſ. in artificiato. ĩõ ad bonitatem artis ſufficit ꝙ ea que fiunt bene ſe habeant. ſed ṽtutes ſunt principia actionum que non tranſeunt in exteriorem materiam ſed manent in ipis agẽtibus. vnde tales actiones interiores ṽtutum ſunt perfectiones agentiuꝫ. ⁊ ideo bonitas huiuſmodi actionũ conſiſtit in ipis agẽtibus. ⁊ ĩõ ad hoc ꝙ aliqua fiant iuſte ⁊ temꝑate non ſufficit ꝙ oꝑa que fiunt bene ſe habeãt. ſed req̃riť ꝙ operans debito modo operetur ⁊ ſit in ſe bonus ⁊ virtuoſus. ſic ergo ſoluitur ratio dubitationis dupliciter. vno modo per interemptionem huius propoſitõnis. nullus poteſt facere opus artificiale niſi artifex. Alio modo ſoluiť per interemptionem ſimilitudinis inter virtutem ⁊ artem. Notanduꝫ ſcd̃m lincoñ. hic ꝙ iuſta ⁊ temperata ⁊ ſimilia aliquando dicunť talia quia ſunt de genere talium aliquãdo ṽo dicũť talia ñ ſolũ quia ſũt d̃ genere taliũ ſꝫ q̃ cuꝫ ſint de genere taliũ fiũt a talibꝰ iq̃uãtum tales ſunt. ſ. a iuſtis ⁊ tẽꝑatis ⁊c̃. Cũ igiť q̃riť. vtrum non iuſtus poſſit facere opera iuſta. diſtinguendum eſt de iuſto: quia vno modo dicitur iuſtum ex hoc ſolũmodo ꝙ ẽ tale quale natum fieri eſt a iuſto. ⁊ ſic non iuſtus poteſt facere opera iuſta. aliquis enim non iuſtus ꝓpter timorem vel inanem gloriam poteſt reddere alicui quod ſuum eſt. quod eſt opus iuſtum ex genere. Alio modo dicitur iuſtum non ſolum quia eſt tale opus quale iuſtus natus ẽ facere ſꝫ quia ẽ tale ⁊ a tali ſcilicꝫ ab habẽte habituꝫ iuſtitie. ⁊ ſic loq̃ẽdo d̃ iuſto ẽ hec impoſſibilis ñ iuſtus facit opera iuſta.

# Primum quidem

Hec ẽ ſcd̃a ꝑticula ſcd̃e partis in qua phs ennumerat q̃dã q̃ req̃rũť ad hoc ꝙ aliq̃ operatio fiat virtuoſe. ⁊ enumerat tria quoꝝ ꝓ͂mum ꝑtinet ad intellectuꝫ. ⁊ ẽ ꝙ operans ſit ſciens q̃d fac̃ ⁊ nõ opeť ex ignorantia. 2ᵐ ꝑtinꝫ ad appetitũ. ⁊ ẽ ꝙ operetur ex electiõe ꝓpť ipſum opus ṽtutis ⁊ non ꝑꝑ aliquid aliud. ⁊ in hac conditione intelligũť duo. ſ. electio ⁊ finis debitus ꝑꝑ quẽ dꝫ eẽ electio: q̃ ẽ oꝑatio ſcd̃m virtutem. vnde ſi aliquis opereť opus ṽtutis hoc ẽ illud q̃õ ṽtuoſus operareť ex paſſione: vt ꝑꝑ timorem vel iram non oꝑať ſcd̃m virtutem. Si quis etiam opereť bonum opus ꝑꝑ lucrum vel ꝑꝑ inanem gloriam. ⁊ non ꝓpter ipſum opus ṽtutis non oꝑať ſecũdũ virtuteꝫ. 3ᵐ q̃õ requiritur accipitur ex parte hitus. ⁊ ẽ ꝙ operetur firme. i. conſtanť ⁊ imobiliter. ꝯſtanter q̃ṽtũ ad ſeipm: ⁊ imobilr̃ q̃ṽtum ad exteriora. ita ꝙ a nullo exteriori impediať q̃n habeat electionem virtuoſam ⁊ opeť ſecundum eam. Sed ad artificem non requiriť niſi primũ iſtorum. ſ. ꝙ ſit ſciens operari ſm arteꝫ: ſed ad virtutem ⁊ virtuoſum ſcire nihil vl̃ paꝝ confert. Sic ergo pꝫ diſſimilitudo inter ṽtutem ⁊ artẽ.

Hic ſunt duo intelligenda. ꝓ͂mũ ẽ circa hoc q̃õ phus dicit: ad artem ſolum requiriť ſcire. ⁊ ẽ ꝙ aliquis poteſt eſſe bonuſ artifex ⁊ ſi nũq̃ꝫ eligat operari ſm artem. Unde q̃ṽto magis ſcit ea que ſunt artis tanto ẽ melior artifex. ⁊ ſi nũquam opereť nec eligat operari nec in oꝑando ſit conſtans ⁊ immobilis. Scd̃o circa hoc q̃õ phs dicit ꝙ ad virtutẽ nihil vel paꝝ prodeſt ſcire: ẽ intelligendum ꝙ ſcire ẽ duplex. ſ. ſpeculatiuum ⁊ praticũ. ⁊ praticũ ẽ duplex. ſ. in vl̃i ⁊ ꝑticulari. Scire ſpeculatiuum nihil confert ad virtutẽ. quia intellectꝰ ſpeculatiuus nihil dicit de ꝓſequẽdo vel fugiendo. ⁊ ſcire praticũ in vl̃i paꝝ ꝓdeſt. Sed ſcire praticũ i ꝑticulari multum ꝓdeſt ad virtutem. qꝛ illud determinat actũ ⁊ alias ꝑticulares circũſtantias i q̃bꝰ ẽ actus. Alr̃ tñ intelligit cõmẽtator illud dictum. Scire nihil vel paꝝ confert. ꝙ phs loq̃ť de ſcire pratico ⁊ in ꝑticulari. ⁊ ẽ intẽtio phi ꝙ ſcire paꝝ vel nihil ꝓdeſt ad hoc ꝙ opus ſit laudabile ⁊ ṽtuoſũ. hꝫ. n. nõ hẽt opus ex ipſo ſcire: ſed ex electõne voluntaria. ſilr̃ q̃ṽtum ad hoc ꝙ opus ſit bonũ moralr̃ ſcire in ꝑticulari parũ ꝓdeſt. qꝛ ſolum fac̃ ad hoc ne opus ſit inuolũtarium ꝑ ignorantiam ꝙ eſt remota diſpoſitio ad perfectionem virtutis.

# Res quidem

igitur iuſte ⁊ tẽꝑate dicũť q̃ñ ſũt tales q̃les vtiq̃ꝫ iuſtus ⁊ tẽꝑatus oꝑabiť. Iuſtus ãt ⁊ temꝑatus ẽ nõ qui hec operatur ſꝫ qui vt iuſti ⁊ temꝑati oꝑanť. Bñ igiť diciť q̃ñ ex iuſta oꝑari iuſtus fit ⁊ ex temꝑata temꝑatus: ex nõ operari autem hec vllus vtiq̃ꝫ neqꝫ curabit fieri bonus.

Hec ẽ ſcd̃a ps huius capituli i qua cõcludit vnã ꝯcluſionẽ ꝑ quã apparꝫ ſol̃o q̃ſtiõis principal̃. ⁊ ẽ iſta ꝯcluſio ꝙ oꝑatões tũc ſũt ṽtuoſe quando ſunt tales quales ſũt oꝑatõnes ṽtuoſi. ⁊ eſt ꝯcluſio. io. ꝓbať q̃ſi inductiue ſic: tunc ſunt res temꝑate ⁊ iuſte q̃ñ ſunt tales quales oꝑabitur temꝑatus ⁊ iuſtꝰ. ⁊ ſic de alijs. ĝ ⁊c̃. ſed nõ oꝫ ꝙ qui oꝑať iuſta ⁊ tẽꝑata ſtatim ſit iuſtus ⁊ tẽꝑatꝰ niſi ea ſic opeť vt oꝑãtur iuſti ⁊ temꝑati. ſ. obſeruando tria que dc̃a ſunt. ſ. ꝙ operetur ſciens ⁊ eligens ꝓpter hoc. ⁊ ꝙ conſtanter ⁊ immobiliter opetur q̃õ nõ põt facere niſi per habitum ex operationibus acq̃ſitum. Bene igitur dicitur. Ex illo apparet ſolutio principalis queſtionis. nam ex quo ex ſimilibus operationibus generantur ſimiles habitus vt pꝫ ex predictis. ⁊ ille oꝑationes dicũtur iuſte ⁊ temperate que ſunt ſimiles his que operatur iuſtus ⁊ temperatꝰ ſicut fuit dictum in precedẽtibus ſeq̃tur ꝙ hõ ſit iuſtus ex hoc ꝙ oꝑatur iuſta ⁊ temꝑatꝰ ex hoc ꝙ oꝑatur tẽꝑata. ⁊ ex hoc ꝙ aliquis non oꝑatur hec nullus vtiq̃ꝫ de numero taliũ curabit fieri bonus. i. habebit curaꝫ ad hoc ꝙ fiat bonus. ⁊ ſic patet ꝙ operatio dicitur iuſta. non ſolum quia fit ab homine iuſto ſed quia eſt talis operatio qualẽ operabitur iuſtus ex habitu iuſtitie.

Notãdum eſt hic ſecũdum lincoñ. ꝙ hec diſtinctio de iuſto ⁊ temperato ꝙ poſſunt dici vl̃ quia tale vl̃ qꝛ tale a tali vr̃ ſatis inſinuari in littera. res enim operate in ſe conſiderate dicũtur iuſte ⁊ temperate. quando in ſeipis ſunt tales quales operabitur ille qui eſt iuſtus ⁊ temperatus. nec ſequitur ꝙ qui tales operatur iaꝫ in ſeipſo ſit talis. nec ſeq̃tur lꝫ res oꝑate ſint tales in ſeipſis. ideo ſũt iuſte vel temꝑate oꝑate. ⁊ ideo non ſcd̃m perfectã cõſideratiõnẽ iuſti ⁊ temperati iuſte ⁊ temꝑate ſunt. perfectuꝫ. n. non ſolum ab eſſe ſed ad bene eẽ ẽ. Scd̃m perfectam igiť ſignificatõem iuſti ⁊ tẽꝑati cõꝑhẽdẽtem in ſe tam eẽ q̃ꝫ bñ eẽ: ſeq̃ť ꝙ q̃ fac̃ iuſta ⁊ tẽꝑata iã iuſtꝰ ⁊ tẽꝑatꝰ ẽ. ſm alteꝝ vero modum nõ ſeq̃tur. hec lincoñ. Ex illo dicto apparet ſolutio q̃õnis ꝓ͂ncipalis. an ex oꝑari iuſta ſit aliquis iuſtus. ⁊ ẽ ꝙ ⁊ operari iuſta ſm ipfectam acceptõem iuſti que eſt ꝙ iuſtum ẽ tale quale operatur iuſtus non ſequitur ꝙ operans ſit iuſtus. ſed ex operari iuſta ſecũdũ ꝑfectaꝫ acceptionem iuſti fit aliquis iuſtus. quia nullus facit huiuſmodi iuſta niſi ſit iuſtus.

# Sed

multi hec q̃dẽ ñ oꝑanť. Ad rõeꝫ ãt fugiẽtes exiſtimãt phari ⁊ ſic fore ſtudioſi: ⁊ ſile aliq̃d faciẽtes laborãtibꝰ q̃ medicos audiũt q̃dẽ ſtudioſe: faciũt ãt nihil hoꝝ q̃ ꝓcepta ſũt: quẽadmodũ neqꝫ illi bñ hẽbunt corpꝰ ita curati neqꝫ iſti aĩam ita phãtes.

Hec eſt tertia pars principalis huiꝰ capituli i qua remouet quẽdã errorẽ. ⁊ eſt ꝙ

multi volentes acquirere vͤtutem errabãt nõ
operantes ſcḋꝫ virtutẽ. ſed optime de virtuti
bus rõcinantes credebãt per hoc fieri virtuo
ſi. ſed ph̄s remouet iſtum errorẽ tales icrepan
do dicens ꝙ tales ſunt ſiſes laborãtibus .i. īfir
mis qui medicos quidẽ audiũt ſtudioſe. faciũt
autẽ nihil eoꝝ que ꝑcepta ſũt. vnde q̄madmo
dum nec iſti ſe bene habebunt ſm̄ corpus: ſic
nec taliter ph̄antes hñ ſe habebunt ſcḋm aīaꝫ

Tractatus ſcḋs ꝯtractãs .5. queſtionem pri
cipalem huius ſcḋi que q̄rit quid eſt virtus. et
continet duo capitula. In primo inquirit genꝰ
vͤtutis. In ſecũdo ibi. Oportꝫ ãt non ſoluꝫ. In
neſtigant differentie ponẽde in diffinitõe vir
tutis. Capitulū primũ declarans quid eſt
genus vͤtutis per diõnem eoꝝ que ſunt in aīa:
ex qua diuiſione prio ḋclarat quid nõ ẽ virtꝰ.
⁊ ex hoc per viam diuiſionis ꝯcludit qd̄ ẽ vͤtꝰ.

POſt hec aũt quid ẽ vͤtus ſcrutandũ.
Quia igitur que in aīa fiunt tria ſunt:
paſſiones: potentie: ⁊ habitus: horuꝫ aliquod
vtiqꝫ erit virtus.

IStud eſt primum caplm̄. ti. 2. in q̄ ph̄s in
cipit inquirere qd̄ ẽ virtus que ẽ queſtio
.5. principalis huius ſcḋi. ⁊ in hoc caplo princi
paliter declarat ꝙ virtus eſt habitus. ex q̄ pꝫ.
quid ẽ genus virtutis. quia vͤtus ꝯtinet ſub
habitu tãq̄ ſub genere. Iſtud capitulũ cõtinꝫ
.3. ꝑtes pricipales. In pria ꝓponit intentioneꝫ
ſuam ⁊ vnam diuiſionem trimembreꝫ: ſub cu
ius aliquo membro oꝫ virtutẽ contineri ⁊ qḋ
libet membrũ diuiſionis explanat. In ſecũda
ibi. Paſſiones quidem: Declarat quid corum
que ſũt in anima non ẽ virtus remouẽs a vir
tute duo mẽbra dicte diuiſionis trimembris.
In tertia ibi. Si igitur nec paſſiones. Cõcludit
ex premiſſis quid ẽ virtus. q̄m eſt habitus. Et
ex hoc patꝫ quid eſt genꝰ virtutis. Prima ꝑs
continet duas ꝑticulas. In prima ꝓponit intẽ
tionem ſuam ⁊ diuiſionem trimẽbrẽ ſub cuius
aliquo membro virtus continetur. In ſcḋa ibi
Dico autem paſſiones. Exponit ſingula mem
bra ſue diuiſionis. In prima igitur particula.
primo ꝓponit intentionem ſuã dicens. ꝙ poſt
ꝑdicta perſcrutandum ẽ quid ẽ virtus. ex pre
dictis enim mãifeſtum ẽ. ꝙ vͤtus pertinet ad
aīam. ideo oꝫ ꝙ ſit aliquod eoꝝ que ſunt i aīa.
Quia igitur. Ponit diuiſionẽ trimembrem. d.
ꝙ in aīa tria ſunt. ſ. paſſiones: potentie: ⁊ habi
tus. ⁊ horum aliquod ẽ virtus. hec ergo ẽ diui
ſio eoruꝫ que ſũt in aīa. quoddã ẽ paſſio: quod
daꝫ potẽtia. ⁊ quoddã hītus. ⁊ oꝫ ꝙ virtus ſit
aliquod hoꝝ trium. Intelligendũ ꝙ illa di
uiſio non cõpꝛhendit vniuerſalr̄ oīa que ſunt
in aīa. qꝛ non cõpꝛhendit opationem aīe: nec
intentionem que ẽ in aīa. ſed h̄ diuiſio ſolũ cõ
ꝑhendit ea que in anima ſunt principia opatõ
nis humane. Unde hec ẽ diuiſio eoꝝ que i aīa
ſunt principia operationis humãe: aut ſũt paſ
ſiones aut potentie aut habitus. ⁊ hec diuiſio
eſt ſufficiens quia principiũ opationis humãe
vel ſumit̃ ꝑ modũ eliciẽtis: ⁊ ſic ẽ nuda poten
tia vel ꝑ modum mouẽtis ⁊ ſic ẽ paſſio. paſſio
enīꝫ mouet ad agendũ aliquid extra. vt pꝫ cũ
aliquis ex ira impellitur ad percutiendũ. vel
ẽ principium operationis humane ꝑ modum
formalis diſpoſitionis ipam potentiã formalr̄
iclinãtis ⁊ determinãtis ad actũ ⁊ ſic ẽ hītus.

DIco autem paſſiones quidem: concupiſcentiã: irã
timorem: audatiam: inuidiam: gaudium: ami
citiam: odium: deſideriũ: zelum: miſericordi
am. vniuerſaliter quibus ſequitur delectatio
vel triſtitia. Potentias autem ſm̄ quas paſſi
biles horum dicimur: puta ſm̄ quas potentes
iraſci vel triſtari vel miſereri. Habitus auteꝫ
ſcḋm quos ad paſſiones habemus bene vl̄ ma
le: puta ad iraſci: ſiquidem vehemẽter vel re
miſſe male habemus. Si autem medie bene.
Similiter autem et ad omnia.

HEc eſt ſecunda ꝑticula in qua explanat
membra dicte diuiſionis. Et primo ex
planat que ſunt paſſiones. Scḋo que ſũt potẽ
tie. Tertio q̄ ſũt hītus. Dicit ergo ꝑ paſſiões eẽ
ipam concupiſcentiam ⁊ iram ⁊ timorem ⁊ au
datiã ⁊ inuidiaꝫ. ⁊ he .4. paſſiones cõtinentur
ſub triſtitia. ſ. ira timor ⁊c. ⁊ gaudium qḋ con
ſiſtit in interiori cõphenſione. ⁊ ideo continet̃
ſub delectatione que cõiter conſeq̄tur appre
henſionem interiorem ⁊ exteriorem. ⁊ ſimiliter
amicitiam odium ⁊ deſiderium qḋ differt a cõ
cupiſcentia eo ꝙ concupiſcentia ẽ reſpectu de
lectationis corpalis tantum. deſideriuꝫ ãt eſt
reſpectu cuiuſcunqꝫ delectationis. ſimiliter ẽt
zelum qui eſt amor intenſus cum idignatione
contrarij conſortem non patiens in amato: vt
dicit Albertus. ⁊ miſericordiã que ẽ triſtitia
de alienis malis. ⁊ vniuerſaliter oīa dicimus
eſſe paſſiones anime ad que ſeq̄tur delectatio
vel triſticia. Aliter exponit ſic. ꝙ oīa ꝑdicta ſe
quitur delectatõ vel triſticia. ⁊ iſtud eſt veruꝫ
q̄m omnes ꝑdicte paſſiones importãt motus
appetitus in bonum vel malum: ex quorum
ꝯſecutione cãtur delectatio vel triſticia. ⁊ ideo
omnes alie paſſiones terminantur ad delecta
tionem vel triſtitiam. Hic ſunt tria videnda
primo quid ẽ paſſio de qua hic loquitur ph̄s.
2º in quo ẽ paſſio. 3º que ſunt paſſiones ⁊ quo
mõ abinuiceꝫ diſtinguuntur. Circa p̄mũ ẽ ſciẽ
dum ſcḋm Euſtratium ꝙ paſſio ẽ motus appe
titus ſenſitiui in fantaſia boni vel mali. ſ. ſcḋꝫ
electionem boni ⁊ fugam mali. ⁊ quia ad om
nes paſſiones ſequitur delectatio vel triſtitia
vt dictum eſt. ⁊ delectatio vel triſticia nõ ſunt
ſine cordis dilatatõe vel conſtrictione. oportꝫ



ꝙ omnes paſſiones fiant cũ quadã trãſmuta
tione organi corporalis. Ex hoc pꝫ ſm̄. ſ. ꝙ oẽs
predicte paſſiones ſunt in appetitu ſenſitiuo:
nã omnis paſſio eſt in eo qḋ patit̃ ⁊ trahit̃ ad
naturã agentis. cũ ergo triplex ſit pars aīe. ſ.
quedã vegetatiua. quedã cognoſcitiua. ⁊ que
dã appetitiua. ⁊ in ꝑte vegetatiua non eſt paſ
ſio. qꝛ vegetatiua ſolũ habet potẽtias actiuas
nec in parte cognoſcitiua eſt paſſio. qꝛ illud in
quo eſt paſſio mouetur ⁊ trahitur ad nõ habi
tu. ſed pars cognitiua habꝫ illud qḋ apprehẽ
dit ⁊ non mouet̃ ad ipſum. ſed magis mouetur
ab eo. ergo paſſiones ḋ quibus loquit̃ hic ph̄s
non ſunt in ꝑte apprehenſiua. relinquitur q̄
ꝙ ſint in ꝑte appetitiua. ſed appetitus eſt du
plex. ſ. intellectiuꝰ ⁊ ſenſitiuus. ſed in appetitu
intellectiuo non ẽ paſſio. qꝛ paſſio non eſt ſine
trãſmutatione organi corporalis ut dictũ eſt
Et appetitus intellectiuus non habet organũ
relinquitur ergo ꝙ paſſiones ſunt ſolũ in ap
petitu ſenſitiuo. Circa tertiũ igitur videnḋ
eſt que ſunt paſſiones ⁊ q̃uo diſtiguunt̃ ab in
uicem. circa qḋ eſt primo ſciendũ ꝙ appetitus
ſenſitiuus diſtiguitur in iraſcibilẽ ⁊ cõcupiſci
bilem. nã appetitus eſt q̄dã iclinatio ſequens
formam. nã in naturalibus videmꝰ ſic ꝙ ad
formã naturalem nõ ſolũ ſequitur inclinatio
ad cõſequẽdũ bonũ cõueniens ⁊ ad fugiendũ
malum diſcõueniẽs. ſed etiã ad formã natura
lem ſequitur iclinatio ad reſiſtendũ ipediẽti
bus ⁊ reſiſtentibꝰ a cõſecutione boni cõueniẽ
tis. ſicut in igne eſt inclinatio leuitatis ad pro
ſequendũ locũ cõueniẽtem: ⁊ fugiẽdum locuꝫ
diſcõueniẽtẽ. ⁊ ẽt in igne eſt caliditas ꝑ quam
reſiſtit cõtrarijs corrũpentibus ⁊ ipedientibꝰ
ipſum a loco cõueniẽti ⁊ eodeꝫ modo eſt ꝙ ad
apprehenſionẽ aīalis ſequit̃ appetitꝰ quo ani
mal inclinat̃ ad ꝓſequẽdũ bonũ cõueniens et
ad fugiendũ malũ diſcõueniẽs. ⁊ etiã quo reſi
ſtit ipediẽtibus a ꝓſecutione boni cõueniẽti
⁊ fuga mali diſcõueniẽtis. prima pars appeti
tus quo ꝓſequitur bonũ cõueniẽs ⁊ fugit ma
lum diſcõueniens vocat̃ cõcupiſcibilis: cuiꝰ
obiectus eſt bonũ ſenſibile abſolute. Scḋa ꝑs
appetitus ſenſitiui vocat̃ iraſcibilis ⁊ obiectũ
iraſcibilis eſt bonũ ſub ratione ardui ⁊ difficil̃
cuiuſmodi eſt victoria q̄ apprehẽditur ſub ra
tione arduitatis ⁊ difficultatis Ad accipien
dum igitur numerũ ⁊ ſufficiẽtiã paſſionũ hic
enumerataꝝ eſt ſciẽdũ ꝙ quecunqꝫ paſſiones
reſpiciunt bonũ vel malũ abſolute ſunt in cõ
cupiſcibili. ⁊ quecũqꝫ paſſiones reſpiciũt bonũ
vel malum ſub rõne ardui ſunt in iraſcibili
Sciẽdũ igitur ꝙ ſicut i naturalibus actiuuꝫ
triplr̄ ſe hꝫ ad paſſiuũ. qꝛ p̄mo dat ſibi aptitu
dinẽ ⁊ diſpoſitionẽ ad ſuam formã. ſcḋo dat ei
motũ ad illã formã. ⁊ tertio dat ſibi quietem
ſub illa forma. Sicut ignis agens in aquã p̄º
dat materie aque diſpoſitionẽ ad formã ignis
2º dat ſibi motum ad talẽ formã. ſ. ignis ſeu
ad locum ignis. ⁊ tertio dat ſibi quietẽ ſub for
ma ignis ſeu loco ignis. ⁊ eodẽ modo eſt videre
in obiectis paſſionuꝫ vtriuſqꝫ appetitꝰ ſenſiti
ui. ſ. cõcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis nã bonũ ſenſi
bile abſolute p̄mo dat appetitui quãdã apti
tudinem ⁊ inclinationẽ ad ipſum. ⁊ ſic cauſat̃
in appetitu cõcupiſcibili vna paſſio que dicit̃
amor cui opponitur vna alia paſſio. q̄ dicitur
odium. ⁊ eſt reſpectu mali. ſcḋo illud bonum
dat appetitui actualẽ motũ in ꝓſecutione eiꝰ
⁊ ſic cauſatur in appetitu cõcupiſcibili quedã
paſſio que dicit̃ deſideriũ cui opponit̃ alia pa
ſſio que dicitur fuga. tertio illud bonũ dat ap
petitũ ꝯcupiſcibili in bono adepto. ⁊ ſic cãtur
paſſio que dicitur delectatio. cui opponit̃ tri
ſtitia. ⁊ ſic patet ꝙ ſex ſunt paſſiones in appeti
tu cõcupiſcibili quaꝝ tres ſumũtur reſpectu
boni ⁊ tres reſpectu mali que diſtiguũt̃ ſꝫ qḋ
obiecta mouẽtia diuerſimode reſpiciũt appe
titum. In iraſcibili vero ſunt quiqꝫ paſſiones
generales quia reſpectu boni ardui futuri ſu
mitur ſpes cui opponitur deſperatio q̄ ẽ reſ
pectu boni ardui ⁊ futuri ſpes enim tendit ad
bonũ arduũ ⁊ futuꝝ ⁊ deſperatio reſilit ab eo
dem: reſpectu vero mali ardui futuri ſumũt̃
due paſſiones. ſ. timor ⁊ audatia. Audatia. n.
aggreditur malũ arduũ ſed timor fugit ab eo
dem: ex malo autẽ ardui preſenti iminẽte cau
ſatur ira que dicitur eſſe quedã paſſio cõpoſi
ta qꝛ eſt reſpectu duoꝝ obiectoꝝ q̄uis nõ eq̄
liter. nã ira eſt reſpectu boni ꝓprij ⁊ reſpectu
mali alterius: nã obiectũ ire eſt vĩdicta de ini
mico ſeu de eo qui cũ ad irã ꝓuocauit ex vin
dicta apprehẽditur in bonũ vt bonũ ꝓprium
ipſius irati. ⁊ malũ alterius. ſ. offendentis ſed
non eſt reſpectu boni ⁊ mali equaliter qꝛ non
tendit in malũ ſeu nocumentuꝫ alterius niſi
ꝓpter appetitũ boni ꝓprij. Sic q̄ patet ꝙ ſunt
vndeci paſſiones generales ſex in concupiſci
bili et quinqꝫ in iraſcibili. ⁊ ſub aliq̄bus iſtaꝝ
paſſionũ cõtinẽt̃ alie paſſiones magis ſpecia
les. nã ſub triſtitia cõtinẽtur inuidia zelus et
miſericordia. Inuidia. n. eſt triſtitia de bono
alterius. miſericordia eſt triſtitia de malo alte
rius. zelus eſt triſtitia de defectu proprij bo
ni zelus enim eſt triſtitia de hoc ꝙ homo de
ficit a bonis q̄ alij habẽt. ⁊ poteſt dici ꝙ zelus
cõtinet̃ ſub amore qꝛ zelus eſt amor intenſus
cũ indignatione cõtrarij cõſortẽ non patiens
in amato vt dicit albertus. ⁊ forte zelus eſt eq
uocum in vna. n. ſignificatione continet̃ ſub
triſtitia. ⁊ in alia cõtinetur ſub amore ⁊ cõcu
piſcẽtia cõtinet̃ ſub deſiderio. qꝛ cõcupiſcẽtia
ẽ reſpectu ḋlectatiõis corporal̃ ſolũ deſideriũ
reſpectu cuiuſcũqꝫ delectationis. ⁊ gaudium
cõtinet̃ ſub delectatiõe qꝛ gaudiũ conſiſtit in

interioꝛi apprehenſione tm̃. ſꝫ dilectio cõſeqꝛ̃ indifferenter apprehenſionẽ interioꝛem ⁊ exterioꝛem vt patet in figura ſequente.

Potentias aũt. explanat quid intelligit ꝑ potentias nõ quidẽ vľr ſꝫ in oꝛdine ad huiuſmõi paſſiones. d. ꝙ potentias dicimus ſm̃ quas ſumus potẽtes. i. per quas poſſumꝰ pati paſſiones ꝑdictas puta ꝑ quas poſſumꝰ iraſci. miſereri ⁊ huiuſmõi. Habitus aũt. exponit quid intelligit ꝑ habitus non vľr ſed in oꝛdine ad paſſiones. d. ꝙ habitus ſunt ſm̃ quos nos habemus ad paſſiones bene vľ male. vbi grã. iraſci per aliquẽ habitũ ꝓſſumꝰ bene vľ male. male vt ſi iraſcamur nimis vehemẽter vľ nimis remiſſe. i. ſꝫ ſupabũdantiam vel defectũ. vel bene vt ſi hoc fiat mediocriter.

**Paſſiones** quidem igitur nõ ſunt neqꝫ virtutes neqꝫ malitie: qm̃ neqꝫ dicimur ſecũdũ paſſiões ſtudioſi vel praui: ſꝫ autẽ virtutẽ vľ malitiam dicimur. Et qm̃ ſꝫ paſſiones quidem neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur: non. n. laudaꝛ̃ qui timet neqꝫ qui iraſciꝛ̃ neqꝫ vituperatur qui ſimpliciter iraſcitur ſed qui qualiter. Secũdum virtutes autẽ vľ malitias laudamur vľ vituperamur. Ad huc iraſcimur quidẽ ⁊ timemus non ſponte virtutes aũt electiones quedã vel non ſine electione. Ad huc aũt ſꝫ paſſiones quidem moueri dicimur ſꝫ virtutes aũt vľ malicias nõ moueri ſed diſponi qualiter.

Hec eſt ſecũda pars pꝛincipalis huiꝰ capituli in qua determinat quid eoꝛum q̃ ſunt in aĩa non eſt virtus ⁊ cõtinet duas particulas. In pꝛima oñdit ꝙ virtutes ñ ſunt paſſiones. In ſecũda ibi ꝓpter hoc aũt neqꝫ potẽtie. oſtendit ꝙ virtutes moꝛales non ſunt potentie. In pꝛima igiꝛ̃ ꝑticula ꝓbat phs ꝙ virtutes moꝛales non ſunt paſſiones. Et hec ẽ cõcluſio vndecia huius libꝛi. q̃ ꝓbaꝛ̃ ſic per. 4. rationes. pꝛimo ſic. ſm̃ nullas paſſiones. ſ. abſolute cõſideratas dicimur boni vel mali. ſed ſm̃ vtutes dicimur boni. ⁊ ſꝫ vicia mali. ergo nec vicia nec virtutes ſunt paſſiones. ergo ⁊c̃.

Et qm̃ ſm̃. 2º. ꝓbatur ſic ſꝫ. virtutes laudamur ⁊ ſꝫ vicia oppoſita vituperamur. ſed ſm̃ paſſiones abſolute nec laudamur nec vituperamur. ergo ⁊c̃. maioꝛ patet. ⁊ minoꝛ declaraꝛ̃. per hoc ꝙ non laudatur aliquis nec vituperatur quia iraſcitur ſꝫ qꝛ bñ vel male iraſcitur. ergo ⁊c̃. Albertus dubitat hic qꝛ aliq̃ paſſiones ſunt laudabiles: ſicut verecũdia ⁊ paſſio oppoſita inuidie. ergo ſm̃ aliquas paſſiones laudamur. Rñdet ꝙ paſſiones non ſunt laudabiles eo modo quo virtutes ſunt laudabiles. nã paſſiones non habent laudeꝫ in medio diſtincto ab extremis: ſicut eſt in laude virtutis: imo quãto plus eſt de verecundia q̃ eſt timoꝛ de malo ſeu de turpi. tanto eſt laudabiliꝰ ⁊ ſimiliter eſt de paſſione oppoſita inuidie. in illa enim paſſione non poteſt eſſe ſuperfluum. Ad huc iraſcimur. tertio ꝓbaꝛ̃ ſic cõcľo. virtutes moꝛales vel ſunt electiões vel nõ ſunt ſine electione ſed paſſiones eueniũt nobis ſine electione. ergo vtutes moꝛales nõ ſunt paſſiones. maioꝛ huius rõnis pat3 per hoc ꝙ paſſiones qñqꝫ ꝑueniunt deliberationẽ que ad electionẽ requiritur. Pꝛo maioꝛe huius rõnis ẽ intelligendũ ꝙ virtus accipitur dupľr. ſ. pꝛo actu ⁊ pꝛo habitu. Si ꝓ habitu manifeſtuꝫ eſt ꝙ non eſt ſine electione ſic intelligendo ꝙ non ꝓducitur ſine electiõe nec opatur ſine electione tamẽ vtus aliqñ exiſtit ſine actuali electione vt in doꝛmiẽte. ⁊ hoc ſufficit ad cõcluſionẽ phi ꝙ habitus virtutis non ſit ſine electione. cũ paſſio aliqñ fiat ſine electione. Si aũt virtus accipiatur ꝓ actu. hoc põt eſſe dupliciter. ſ. ꝓ actu intrinſeco vľ ꝓ actu extrinſeco. Si ꝓ actu itrinſeco. ſic virtus eſt electio. ſi ꝓ actu extrinſeco: ſic non eſt ſine electione. qꝛ actꝰ exterioꝛ ab interioꝛi electione ꝓcedit. ⁊ ſic quocũqꝫ modo accipiatur virtus aut eſt electio aut nõ eſt ſine electione. Ad huc aũt. q̃rto ꝓbaꝛ̃ ſic cõcľo. ſꝫ paſſiones mouemur ſed ſm̃ virtutes non mouemur ſed ſm̃ virtutes aliq̃liꝛ̃ diſponimur ad hoc ꝙ moueamur. ergo virtutes non ſunt paſſiones. maioꝛ p3 ꝑ hoc ꝙ paſſiones ſunt quidã motus appetitus ſenſitiui ⁊ ſꝫ motum foꝛmaliter mouemur. ⁊ minoꝛ p3 ꝑ hoc ꝙ virtutes ſunt qualitates. ⁊ ſecũdum qualitates non mouemur foꝛmaliter. ſed ſm̃ eas ſumus diſpoſiti ad mouendũ ⁊ agendum

**Pꝛopter** hoc autem neqꝫ potentie ſunt. neqꝫ. n. boni dicimur ꝓpter poſſe pati ſimpliciꝛ̃ neqꝫ mali neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur. Et ad huc potentes ſumus natura. boni aũt vel mali non efficimur natura. Diximus aũt de hoc pꝛius.

Hec eſt ſecũda ꝑticula ſecũde partis in q̃ declaratur ꝙ virtutes moꝛales nõ ſũt potentie. ⁊ hec eſt cõcľo. 12. que ꝓbatur dupliciter. pͦ ſic. ſm̃ potentias nõ dicimur boni nec mali nec laudamur nec vituperamur nõ. n. dicitur aliquis bonꝰ qꝛ põt facere bona: nec malus qꝛ põt facere mala ſꝫ ſm̃ virtutes dicimur boni vel mali ergo virtutes nõ ſunt potentie. Et ad huc. ſcðo ꝓbatur cõcľo ſic. potẽtie inſũt nobis a natura vtutes nõ inſũt nobꝫ a nã. g̃ ⁊c̃.

**Si igitur** neqꝫ paſſiones ſunt virtutes neqꝫ potentie relinqꝛ̃ habitꝰ eas eſſe Quid quidẽ igitur genus ẽ vtutis dictum eſt.

Hec eſt tertia pars huius capł̃i ĩ qua phs cõcludit ex pꝛemiſſis quid eſt virtꝰ. et quid eſt genus virtutis. ⁊ cõcludit iſtam concluſionem ꝙ virtutes ſunt habitꝰ. q̃ eſt cõcľo. 13. q̃ ꝓbatur ꝑ locũ a diuiſione ſic. vtutes vel ſunt paſſiones vľ potẽtie vľ habitus ſꝫ nõ ſũt paſſiones nec potẽtie vt ꝓbatũ eſt. g̃ virtutes ſunt habitꝰ. Dubitaꝛ̃ h̃ qꝛ vꝛ̃ ꝙ virtus ſit ĩ genere paſſionis ⁊ nõ in genere habitus. quia virtus eſt mediũ inter paſſiões oppoſitas. ſed mediũ ⁊ extrema ſunt in eodẽ genere. ergo virtus eſt in genere paſſionis ⁊ nõ in genere habitus. Dicẽdũ ꝙ virtus eſt habitꝰ vt ꝓbat hic phs. Ad obiectionẽ incõtrariũ dicendum. ꝙ virtꝰ non eſt mediũ inter paſſiones ſed eſt mediũ inter duo vicia extrema ⁊ obiectũ virtutis eſt mediũ inter ſupexceſſuꝫ ⁊ defectũ in paſſionibꝰ. Capłm. 2ᵐ. t. 2. declarãs q̃ ẽ differentia ꝓpꝛia virtutis moꝛalis ꝑ quã reponitur in ſpecie ꝑmo tñ declarat quoddã generale omni virtuti cuiuſcũqꝫ fuerit virtus. ⁊ ẽ ꝙ oĩs virtus ꝑficit habẽtẽ. ⁊ opus eius bonum reddit. deinde declarat ꝙ oĩs virtus moꝛalis cõſiſtit in medio nõ in medio rei ſed in medio quo ad nos. tertio cõcludiꝛ̃ diffinitio virtutis moꝛalis q̃ ẽ ꝙ virtus moꝛalis. eſt habitus electiuus in medietate exñs quo ad nos determinata aũt rõne ⁊ vt vtiqꝫ ſapiẽs determinabit deinde oñdiꝛ̃ q̃rũ medietas eſt virtus moꝛaľ qm̃ eſt medietas duaꝝ maliciaꝝ. deinde ꝙ ñ in omnibus paſſionibus ⁊ opationibꝰ eſt mediũ laudabile ſiue mediũ qð ẽ vtus.

**Opoꝛtet** autem non ſolum ſic dicere qm̃ habitus: ſꝫ ⁊ qualis quidẽ. Dicẽdũ igitur qm̃ virtus oĩs cuius vtiqꝫ fuerit virtus ⁊ id bñ hñs ꝑficit. ⁊ opus eius bene reddit: puta oculi virtus ⁊ oculũ ſtudioſum facit ⁊ opus eius. Oculi enim virtute bene videmꝰ. Siľr ⁊ equi virtus equũ ſtudioſũ facit. ⁊ bonũ ad currẽdũ. et ferendũ aſcenſoꝛem. ⁊ expectãdũ bellatoꝛem. Si itaqꝫ hec in oĩbus ita habꝫ ⁊ hominis virtꝰ erit vtiqꝫ habitꝰ ex quo bonus homo fit. ⁊ a q̃ bene opus ſuũ reddit. Qualiter aũt hoc erit iã quidem diximus.

Iſtud eſt capłm. 2ᵐ. tractatꝰ. 2. in q̃ phs inueſtigat dr̃aꝫ virtutis moꝛalis ⁊ totam eius diffinitionẽ cõcludit. ⁊ cõtinet illud caᵐ. 4. partes ꝑncipales. In pꝛima declarat ꝙ virtus hoĩs ꝑficit hoieꝫ ⁊ opus eius bonũ reddit In ſcða ibi. Ad huc aũt. ⁊ hic ꝑmittit quedam neceſſaria ad ꝓpoſitũ oñdenduꝫ. In tertia ibi. Si vtiqꝫ oĩs ſciẽtia. ꝓbat cõcluſionẽ intentaꝫ. ſ. ꝙ oĩs virtus moꝛalis cõſiſtit in medio. ⁊ cõcludit diffinitionẽ virtutis moꝛalis ⁊ oñdit q̃ꝝ extremoꝝ medietas eſt vtus. In. 4. ibi. Non aũt ſuſcipit. oñdiꝛ̃ ꝙ non in oĩbus paſſionibꝰ ⁊ operationibꝰ eſt medietas q̃ eſt virtꝰ. In ꝑa igitur parte declarat phs ꝙ virtus hoĩs hominẽ ꝑficit ⁊ opus eius bonũ reddit. ⁊ hec eſt cõcluſio. 14. ꝓbaꝛ̃ per ſimile vel per locũ a toto in quãtitate ſic. oĩs virtus cuiuſcũqꝫ fuerit virtus bñ ꝑficit hñs ipm. ⁊ opꝰ eius bonum reddit qð p3 inductiue: nã virtꝰ oculi oculuꝫ bene ꝑficit. ⁊ opus eius bonũ reddit. ꝑ virtutem enim oculi bene videmus. Siľr virtꝰ eq equũ facit bonũ. ⁊ opus eius bonũ reddit. ſ. vt ſit aptus ad currẽdũ. ⁊ ferendũ aſcẽſoꝛeꝫ ⁊ ad expectandũ bellatoꝛes. ⁊ ita videꝛ̃ eſſe in oĩbꝰ alijs. ergo ꝑ locũ a toto in quantitate ſic erit de virtute hoĩs ꝙ virtus hoĩs hoieꝫ facit bonum ⁊ opus eius bonũ reddit. Qualiter autẽ hoc erit iam quidẽ diximꝰ. ſ. ꝙ ꝑ virtutem hõ fiat bonus. ⁊ bene operur. nã ĩ 2º caº pꝛimi tractatus huius. 2. declaraꝛ̃ ꝙ per opationes q̃ ſunt in medio ſaluaꝛ̃ ⁊ generaꝛ̃ vna queqꝫ virtus. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑ eas boni efficimur ⁊ effecti boni facilius bene opamur

**Adhuc** aũt ⁊ h̃ erit maĩfeſtũ ſi ſpeculati fuerimus qualis qdẽ ẽ natura ipſiꝰ. in oĩ itaqꝫ cõtinuo ⁊ diuiſibili eſt accipere hoc aũt plus: hoc quidẽ minus: hoc vero equale: ⁊ hoc vľ ſꝫ ipſam rẽ vel ad nos. Equale aũt mediũ quidẽ eſt ſupabũdãtie ⁊ defectꝰ Dico vtiqꝫ rei quidẽ medium qð equaliter diſtat ab vtroqꝫ extremoꝝ. qð ẽ vnũ ⁊ ideꝫ in oĩbus. ad nos aũt qð neqꝫ abũdat neqꝫ deficit: h̃ aũt neqꝫ vnũ neqꝫ idem oĩbus puta ſi decẽ mľta. duo aũt pauca. ſex media accipiũtur ſꝫ rẽ. Eq̃liter. n. excedunt ⁊ excedũtur: hoc aũt medium ẽ ſꝫ ariſmetricã ꝓpoꝛtionẽ: Quo auteꝫ ad nos nõ ita ſumẽdũ. Nõ. n. alicui ſi decẽ minas comedere multũ. Duas aũt paucũ. magꝛ̃ ſex minas ꝑcipiet. Eſt. n. foꝛſitan ⁊ hoc multũ ſumẽti vel paucũ. Miloni. n. qdẽ paucũ: dñatoꝛi aũt gymnaſioꝝ multũ. Siľr ⁊ in curſu ⁊ ĩ paleſtra. Ita vtiqꝫ oĩs ſciens ſupabũdãtiã fugit: mediũ aũt querit ⁊ hoc deſiderat. Medium aũt nõ qð rei ſed quo ad nos.

Hec eſt. 2. pars in qua ꝑmittit quedã neceſſaria ad ꝓpoſitũ. ſ. ad inueſtiganduꝫ dr̃aꝫ virtutis. qꝛ. n. virtus eſt habitus ⁊ habitus trahit ſpeciem ab obiecto. ⁊ obiectũ virtutis eſt mediũ inter paſſiones oꝫ ꝙ dr̃a foꝛmaľ virtutis ſumaꝛ̃ ex rõne medij: ita ꝙ virtus ſit habitus mediũ attingens vel in medio conſiſtens. ⁊ ꝑꝑ hoc phs ꝑmittit duo neceſſaria ad ꝓpoſituꝫ pꝛimo dicens ꝙ virtus ſit in medio erit magis manifeſtũ ſi ſpeculemur. qualis ẽ natura virtutis. deinde ꝓponit neceſſaria ad ꝓpoſitum oñdendũ ꝑmũ eſt ꝙ in oĩ cõtinuo ⁊

diuiſibili eſt accipere maius minus ⁊ equale.
qđ quidẽ equale ẽ mediũ inter ſupabũdãtias
⁊ defectuʒ ſʒ qđ pmittit.eſt qđ mediũ eſt. Du
plex.ſ.mediũ ſʒ rem ⁊ mediũ quo ad nos. me
dium rei eſt qđ equaliter diſtat ab vtroqʒ ex
tremoꝝ.mediũ quo ad nos eſt qđ nobis nʒ ſup
abundat: nec deficit.hoc eſt ꝙ nobis nec eſt ſu
perfluũ nec diminutũ.mediũ ſʒ reʒ ẽ idẽ apud
omnes.mediũ quo ad nos non eſt idem apud
omnes.medium rei eſt mediũ ſm ariſmetricã
proportioneʒ.mediũ quo ad nos eſt mediũ ſʒ
proportioneʒ geometricã. verbi grã.mediũ rei
eſt qđ quãtũ excedit ab vno extremorũ iter q̃
eſt mediũ tantũ excedit reliquũ extremũ: ⁊ ta
le eſt mediũ ariſmetricũ.⁊ hoc modo ſex eſt me
diũ inter.io. ⁊ duo nã ſex p.4.excedunt.z.⁊ p
.4. excedũtur a.io.⁊ tale mediũ equaliter di
ſtat ab vtroqʒ extremoꝝ. Mediũ quo ad nos
eſt mediũ geometricũ q̃ eſt ſʒ eandẽ pportiõʒ
ad ſubiectũ.⁊ ſic.6.eſt mediũ inter.9.et.4. qꝛ
que eſt pportio ſex ad.4.eadẽ ẽ pportio.9.ad
.6.qꝛ vtrobiqʒ eſt ſex q altera pportio. qꝛ ſicut
ſex cõtinet.4.⁊ eius medietatẽ.ita .9. cõtinet
.6. ⁊ eius medietatẽ. Iſtud medium.ſ.quo ad
nos non eſt idẽ apud oẽs.qđ phs declarat. nã
ſi cõmedere.io.minas.i.menſuras ẽ ſupfluuʒ
alicui ⁊ cõmedere.z.menſuras ſit nimis pau
cum.non pp hoc ſequit ꝙ cõmedere.6.ſit ſim
pliciter mediũ ⁊ ſimplr bonũ aut illi cui. io. ẽ
ſupfluũ ⁊.z. nimis paucũ . qꝛ illi qui debʒ do
minari in ludis gignaſticis.eſt forte ſupfluuʒ
⁊ miloni eſſet nimis paucũ. vnde ſi alicui ſuf
ficiant.4.menſure illi eſſent.io. menſure ſup
fluũ ⁊ duo nimis modicũ nec ex h ſequit ꝙ.6.
huiuſmodi menſure ſint quo ad ipſum mediũ.
⁊ nec ſupfluũ nec diminutũ. Sʒ ſi aliqui puta
miloni ſint .io.menſure mediũ ⁊ nec ſupfluũ
nec diminutũ: tũc alteri cuiꝰ pportio ad milo
nem eſt ſicut pportio ſex ad.io.erũt.6.mediuʒ
inter ſupfluũ ⁊ diminutũ. oís aũt ſciẽs ⁊ pru
dens fugit extrema.ſ.ſupabũdãtiã et defectũ
tanq̃ ſibi i pportionata. ⁊ querit mediũ inter
hec tanq̃ ſibi pportionatũ.ſic ergo patʒ ꝙ in
paſſionibꝰ ⁊ opationibꝰ eſt mediũ. qꝛ paſſio
nes ⁊ opationes ſunt diuiſibiles. ⁊ in oĩ diui
ſibili eſt accipere maius minꝰ ⁊ equale. ⁊ ſic ẽt
patet ꝙ mediũ ẽ duplex.ſ.mediũ rei: ⁊ mediũ
quo ad nos. ⁊ quid eſt mediũ rei. ⁊ quid ẽ me
diũ quo ad nos.ex qbꝰ patebit ꝙ virtꝰ moral
cõſiſtit in medio quo ad nos. Euſtratiꝰ du
bitat [illegible] qualiter in paſſionibꝰ ⁊ opationibus
eſt maius minus ⁊ equale cũ paſſiones ⁊ opa
tiones non ſint quãtitates ſʒ magis qualita
tes. vñ dicit qualitates quidẽ.n.paſſioẽs opa
tiones eniʒ ſub qualitate vtiqʒ erũt. Silr oís
virtus moralis eſt circa delectationes ⁊ triſti
tias.ſed delectatio eſt in nõ tpe. ⁊ pñs indiui
ſibilis. ergo opationes ⁊ paſſiones circa quas
eſt virtus ſunt indiuiſibiles. ⁊ pñs in eis nõ
ẽ accipere maiꝰ minꝰ ⁊ equale. Ad illã dubi
tationẽ rñdet Euſtratiꝰ ꝙ oía illa.ſ.opatioẽs
paſſiones ⁊ delectationes ſunt diuiſibiles.ſʒ
h eſt p acciñs cũ nõ ſint quãtitates. poſſet etiã
dici ꝙ q̃uis pdicta non ſint diuiſibilia ſʒ di
uiſionẽ ipis tñ ſunt diuiſibilia ſʒ maius ⁊ mi
nus. cõtingit.n.delectari ⁊ iraſci ⁊ ẽt opari ſʒ
maiꝰ ⁊ minꝰ: ſicẽ pʒ đ lumie qđ fit in iſtãti. ⁊ tñ
diuidit ſʒ maiꝰ ⁊ minus. aliqd.eni eſt magl lu
minoſuʒ q̃ aliud ⁊ idem eſt magis luminoſuʒ
in vno tpe q̃ in alio. De milone dicit h Eu
ſtratiꝰ.6.ſigna fortitudinis corporalis.pmuʒ
dicit ꝙ hoies aiũt iſtũ trecemathẽ athletaʒ q
tñ fortitudine ab alijs differebat ꝙ portãdo
thaurꝫ in humeris ſine quieti iterpõe ſtadiuʒ
ptrãſiuit. Scđʒ qđ dicit đ ipo eſt ꝙ milo cõ
ueniẽs cũ amicis colloquebat in quadã domo
ſʒ partẽ ruioſa ⁊ fere his qui intus erãt ſuper
cadere approximãte ipe ſubintrãs partẽ ruio
ſam ſuffulciẽs ſaluauit oẽs educens Tertꝰ
de ipſius morte dicit ꝙ quidã aiunt ipſuʒ mi
lonẽ in quadã ſilua deãbulãtem ⁊ parũ a via
diuertentẽ trũcũ magnũ inuenire.hunc auteʒ
a quibuſdã eſſe temtatũ ſcindi inmiſſo fiſſorio
milonẽ aũt ad hunc accedẽtem vim feciſſe ma
nibus ⁊ pedibus ad diuiſionẽ ⁊ amplius qui
dem nihil pfeciſſe pter qđ fiſſorijs excidẽtibꝰ
adinuicẽ: iam.n.fatigabat violẽtia ipius hũc
iparato laqueo detentũ beſtijs cenã extitiſſe.
Quarto dicit de ipo ꝙ dicunt hoies de ipſo
ꝙ ipe vicit decertãs in ſex olipiadibꝰ in.7.au
tem nõ potuit ſuperare Maſopheũ cõciuem
ipſius etate iuuenẽ ⁊ non volẽtem ppe ſtare.
Quinto dicit ꝙ ille milo fronti circumliga
bat cordã velut coronã ⁊ hanelitũ retinẽs in
ter labia.ex ſolo ipulſu ſpirituũ ⁊ ſanguis itu
meſcentis in venis fregit cordã ad modũ pa
piri. Sexto dicit de ipo qui dimittẽti eo bra
chia ab humero vſqʒ ad cubitum iuxta latera
⁊ extendente a cubito indirectũ brachia ⁊ ma
nus ⁊ digitos ſʒ ordinem pollice erecto ſurſũ
reliquis aũt digitis poſitis ſʒ ordinẽ minimũ
digitorũ nullus potuit mouere vim faciens.
Septio dicũt alij de eo ꝙ comedebat bouẽ
in die .Et ſi iſta narrata de illo ſint vera non
eſt mirum ſi multum cibũ requirebat .

Si vtique omnis ſcientia ſic opꝰ
bene perficit ad mediũ
reſpiciens ⁊ in hoc ducens opera: vnde cõſue
uerunt dicere bene habentibus operibus qm̃
neqʒ aufferre eſt nʒ apponere vt ſupabundan
tia quidẽ ⁊ defectu corrũpẽte bene mediate au
tẽ ſaluante.boni aũt artifices vt diximꝰ ad h
reſpicientes opant. Uirtus aũt omni arte cer
tior ⁊ melior eſt quemadmodũ ⁊ natura medij
ↄiectatrix. Dico autẽ moraleʒ: hec enim vtiqʒ
erit circa paſſiones ⁊ opationes : in his .n. eſt



ſuperabundantia ⁊ defectus ⁊ mediũ. puta et
audere ⁊ timere ⁊ cõcupiſcere: ⁊ aduerti ⁊ iraſ
ci et miſereri: ⁊ vlr ⁊ delectari: ⁊ triſtari ẽ ⁊ ma
gis ⁊ minus ⁊ vtraqʒ non bene: qñ aũt oportʒ
⁊ in quibus ⁊ ad quos ⁊ cuiuſ grã: ⁊ vt oportet
⁊ mediũ ⁊ optimũ quod eſt in virtute. Simili
ter aũt circa opationes eſt ſuperabũdantia ⁊
defectus ⁊ mediũ: virtus aũt circa paſſiones.
⁊ opationes eſt. in quibus quidẽ ſuperabũdã
tia vicioſa eſt ⁊ defectus vituperatus. Medi
um autẽ laudamur ⁊ dirigitur. hec autẽ am
bo virtutis medietas quedã ergo eſt virtꝰ cõ
iectatrix exiſtens medij.

Hec eſt tertia pars principalis huius ca
pituli in qua phs pbat cõcluſionẽ intẽ
tam.ſ.ꝙ oís virtus moralis eſt cõiectatrix me
dij: ſiue ꝙ omnis virtus moralis cõſiſtit i me
dio: ⁊ cõtinet iſta pars tres particulas. In pri
ma ponit vnã rõnem acceptã per locuʒ a mi
nori. In ſcđa ibi. Adhuc peccare. pbat idem p
aliam rõneʒ acceptã ex difficltate attingendi
mediũ. In tertia ibi. Eſt ergo virtus. cõcludit
diffinitioneʒ virtutis moralis. In prima pti
cula pbat phs ꝙ omnis virtus moralis cõſi
ſtit in medio. ⁊ hec eſt cõcluſio. iſtã q̃ pbat du
pliciter pmo p locũ a minori ſic. omnis ſcien
tia operatiua ſiue oís ars cũ bene perficit opꝰ
ſuum atingit mediũ: ſed virtus moralis ẽ cer
tior ⁊ melior omni arte ſicut natura eſt melior
⁊ certior omni arte: cũ igitur omnis ars cũ bñ
pficit opus ſuum attingit mediũ ſequit per lo
cum a minori ꝙ omnis virtus moralis attin
git mediũ ⁊ cõſiſtit in medio. maior declarat
p quoddã ſignũ. ⁊ eſt ꝙ artifices ⁊ vlr oẽs ope
ribus bene ſe habentibus cõſueuerũt dicer ꝙ
ad ea non eſt aliquid apponendũ nec ab eis ẽ
aliquid auferẽdũ p hoc ſignificãtes ꝙ ſuper
abundantia ⁊ defectus corrũpunt bonitatem
operis ⁊ medietas inter ſuperabũdantiã ⁊ de
fectum ſaluat bonitatem operis. ⁊ ita bonitas
artificiati cõſiſtit in medio inter ſuperabũdan
tiam ⁊ defectuʒ. ⁊ ita artifices cũ bene pficiũt
opera ſua attingunt mediũ inter ſuperabũdã
tiã ⁊ defectũ. Circa minorẽ eſt ſciendũ ꝙ virtꝰ
eſt melior ⁊ certior omni arte. qꝛ virtus deter
minate inclinat ad bonũ ad modũ nature ⁊ nõ
per virtutem male operari. ſed p arteʒ põt hõ
indifferenter bene opari vel male. per artẽ eni
ẽ cognitio de bono opere. ſed ars non inclinat
ad bene operandũ ſed ad bene cognoſcendum
⁊ ideo cõtingit male vti arte. ſed non cõtingit
male vti virtute. Dubitatur hic qꝛ non vi
detur ꝙ ars cũ bene perficit opus ſuum attin
gat mediũ quia quanto res artificioſiꝰ fit: tã
to magis accedit ad extremũ ⁊ pñs ars non
reſpicit medium. Dicendum ꝙ ars reſpicit
medium inter ſupabũdantiã ⁊ defectũ: quia
quanto res fit melius per artem tanto meliꝰ
magis eſt receſſus a ſuperabũdantia et defe
ctu. verũtñ nec ars nec virtus reſpicit mediũ
inter bonũ ⁊ malũ. imo quanto melius res fit
tãto eſt maior acceſſus ad bonũ. vñ ſi cõpare
mus bonũ ⁊ malũ ad inuicẽ ſicut extrema. ſic
tam virtus q̃ ars reſpiciunt extrema. Si vo
cõparemus ſupabũdãtiã ⁊ defectũ ad inuicẽ
tanq̃ extrema: ſic tã virtus q̃ ars reſpicit me
diũ. Dico aũt. explanat de qua virtute loquit
cũ dicit mediũ ſaluare virtutẽ ⁊ extrema cor
rumpere virtutem. ⁊ dicit ꝙ debet intelligi đ
virtute morali. nam virtus moralis eſt circa
operatioẽs ⁊ paſſioẽs in quibꝰ inuenit ſupabũ
dantia ⁊ defectus ⁊ mediũ. et exẽplificat pri
mo in paſſionibus dicẽs ꝙ cotingit timere ⁊
audere ⁊ cõcupiſcere ⁊ auerti. ſi fugere ⁊ iraſci
⁊ miſereri ⁊ vlr delectari ⁊ triſtari magis ⁊ mi
nus ⁊ vtraqʒ hec non fiunt bene. ſed ſi aliquis
timeat ⁊ audeat qñ oportet. ⁊ quẽ oportet. et ĩ
quibus oportet. ⁊ quos oportet. ⁊ cuius grã oʒ
⁊ eo modo quo oportet: hoc erit medium in hu
iuſmodi paſſionibꝰ ⁊ in hoc cõſiſtit optimum
eius.i. optima diſpoſitio que eſt virtus. Dein
de exẽplificat i opatioibꝰ.d.ꝙ ſimiliter circa
operationes ẽ ſupabundantia et defectꝰ ⁊ me
dium: et virtus moralis ẽ circa paſſiones et o
pationes ſicut circa ppriã materiã. ⁊ in his eſt
ſuperabũdantia ⁊ defectꝰ q̃ vicioſa ſunt ⁊ vi
tuperabilia. ſʒ mediũ laudat ⁊ dirigitur.i. re
cte ſe habet. Hec aũt ambo.ſ. rectitudo q̃ op
Qui autem ī audēdo, qui autē ſupabundat in audēdo circa terribilia vocatur audax. Aliquis tamē non ē vere audax ſed videt̄. ſ. ſuperbus. ſuperbus enim fingit ſe eſſe fortem ⁊ audacem. vnde ſicut fortis vl̄ audax ſe hēt circa terribilia ſic ſupbus vl̄t apparere. ⁊ ꝓpter h̄ quando pōt ſine periculo imitatur opa fortis vel audacis. vnde mlti qui vīr fortes vel audaces ſunt ſcḋm veritatem timidi quia in paruis periculis audaciter ſe habent: ⁊ qn̄ ea que ſunt terribilia multū ſuperueniunt non ſuſtinent ea. vñ multi ſupboꝝ ſunt audaces in paruis picul is ⁊ timidi in magnis. Qui autem ī timendo ſuperabundant vocantur timidi quia timent qḋ non oportet timere. ⁊ ſic de alijs circunſtantijs: ⁊ ille qui ſuperabūdat in timendo deficit in audendo. ⁊ quāuis timidus ſuperabundat in timendo ⁊ deficit in audendo magis tamen eſt vituperabilis quia ſuperabūdat in timendo q̄ȝ ex hoc ꝙ deficit in audēdo quia defectus non ita percipitur ſicut ſuperabundancia. Deſperans autem. Hec eſt ſecunda particula. 2. principalis in q̄ oſtendi: qualiter timidus ⁊ audax ſe habēt ad ſpē ⁊ deſperationem ⁊ intendit ꝙ ſpes eſt cauſa audacie ⁊ timor eſt cauſa deſperationis: dicit igitur ꝙ timidus eſt deſperans omnia enim timet. ſed fortis cōtrarie ſe habet: in audendo enim eſt bone ſpei: vnde timidus deſperat ⁊ fortis eſt bone ſpei: ſpes enim eſt cauſa audacie ⁊ timor eſt cauſa deſperationis. Cuius ratio eſt. nam obiectum audacie ⁊ timoris eſt malum ſed obiectuȝ ſpei eſt bonum et eſſe deſperationis ⁊ appetitus per ſe tendit in bonum. et per accidens tendit in malū ratiōe boni adiuncti. ſimiliter appetitus p ſe refugit malum ⁊ per accidens refugit

bonum ratione mali adiuncti: ⁊ id quod ē per ſe ē cauſa illius quod eſt per accidens. et ideo ſpes cuius obiectum eſt per ſe bonum ē cauſa audacie que tēdit in malum ⁊ eadē ratione timor qui per ſe refugit malum ē cauſa deſperationis que recedit a bono. Circa hec quidez igitur. circa predictas igitur paſſiones ſunt timidus audax ⁊ fortis. ſed differenter ſe hēnt ad eas quia audax ⁊ timidus ſuperabundant in audendo ⁊ timēdo ſed fortis medio modo ſe habet ſicut oportet.

# Et audaces

quidem preuolantes ⁊ valentes ante pericula in ipſis autem diſcedūt. Fortes autem in operibus acuti: prius autē quieti. Quēadmodum dictum ē fortitudo medietas ē circa auſibilia ⁊ terribilia in quibus dictum ē: ⁊ quoniā bonum deſiderat ⁊ ſuſtinet: vel qm̄ turpe non. Mori autem fugientem inopiam vel cupidinem. vel aliquid triſte: non fortis: ſed magis timidi. Mollicies enim fugere laborioſa. Et nō quoniam bonum ſuſtinet: ſed fugiens malum. Eſt quidem igitur fortitudo tale quid.

Hec eſt tertia pars ꝑncipalis huius capituli in qua phs compat fortitudinē ad quedam ſibi ſimilia ⁊ continet duas particlas In prima compat fortem ⁊ audacem ad inuicē ſm differentiaz. In ſecunda ibi. Quēadmodū igitur dictum ē. compat fortem ad eum qui ſuſtinet mortem ppter moleſtias vitandas vt inopiam vel ppter cupiditatez alicuius rei quā non poteſt habere. primo ergo ponit differentiam inter fortem ⁊ audacem que eſt hec. ꝙ audaces ſunt ante picula ꝑuolantes. qr mouētur ex impetu paſſionis ꝑter rationē. ideo velociter ⁊ ardentes currunt ad ipa pericula: ſed qn̄ ſunt in ipis piculis diſcedunt quia motus paſſionis ꝑcedentis vincitur a difficultate iminēte ſed fortes quando ſūt in periculis ſunt acuti. ſed anteq̄ periculum veniat ſunt quieti. qa non agunt ex impetu paſſionis ſed ex deliberatione rationis. Quēadmodum igitur. Hec eſt ſecunda pticula tertie ptis in qua cōpat ad inuicem fortem ⁊ illum qui ſuſtinet mortez vt vitet moleſtias ſcōm differētiam. ⁊ ē hec differentia ꝙ fortis operatur virtuoſe ⁊ ſuſtinz pericula ppter bonum honeſtum: ſed ille qui moritur ppter moleſtias vitandas vel ſe ipm interficit vel ab alio libenter mortez patitur ad fugiendum inopiam vel ppter cupiditatē alicui⁹ rei quā non pōt habere non facit hoc ppt̄ bonum honeſtum: vnde ſic ſuſtinere mortē nō ptinz ad fortem ſed ad timidum. ⁊ hoc pbat. ſ. ꝙ ſuſtinere mortez ppter moleſtiaim vitādaz non ptinet ad fortem. ⁊ hec ē concluſio. 48. et pbat̄ duplr. pmo ſic fugere laborioſa pertinz ad molliciem animi ſz mollicies aī pertinet ad timidum iō fugere moleſtia ⁊ laborioſa non ptinent ad fortem ſed ad timidum ⁊ p ↄ̄ns ſuſtinere mortem ppter moleſtiam vitandam non ptinet ad fortē. Et nō qm̄ bonum. z⁹ pbat̄ ſic. fortis ſuſtinet mortem ppter bonum honeſtum. ſed qui ſuſtinet mortem pp moleſtiaz vitandam non ſuſtinet mortem ppter bonuz honeſtuz. igit̄ ⁊c̄. Lincoñ. dicit hic. ꝙ quidam ſeipſos interficiunt ne paciantur inopiam magis volentes mori q̄ iopie miſeriam ſuſtinere Et quidam porpter cupiditatem ideſt propter amorem qui dicitur ereos ſe interficiunt: ſicut legitur in poetis quaſdam mulieres fuiſſe magis volentes mori q̄ tales āguſtias ⁊ afflictiones ſuſtinere quēadmodum legitur apud v̓gilium in. 4. Eneydos de dydone ſed nō eſt fortitudo mortem eligere ⁊ aſſumere vt aliqua trāſitoria quecunq̄ pena vitetur. Sed fortitudinis eſt mortem aſſumere. vt bonum melius q̄ ſit hec vita tranſitoria ex morte ꝑueniat ⁊ vniuerſaliter quecunq̄ pene ſunt fortiter ſuſtiende vt proueniāt maiora bona ex penarum ſufferētia q̄ ſunt bona quib⁹ ꝑuatur penas ſufferens per illarum ſufferentiam. hec lincoñ.

# Capitulum

tertij tractat⁹ ſecundi libri. 3. de quibuſdam apparētibus fortitudinibus ⁊ non veris: ⁊ ſunt quinq̄. quarum ꝑ̄ma eſt politica ſuſtinens pericula ppter honores conſequendos ⁊ opprobria fugienda ⁊ hec maxime aſſimilatur vere fortitudini ad quam reducuntur qui propter coactionez fortiter agūt ſed hij deteriores ſunt politicis eo ꝙ non fugiunt turpe ſed triſte. Scōa eſt cum aliqui ppt̄ experientiam ſuſtinent pericl̄a ex qua experiētia ſunt potentes agere ⁊ non pati qui cum cognoſcunt pericula fugiunt mortem magis q̄ turpe timentes. 3. eſt que ppter furorem ire q̄ naturaliſſima eſt ⁊ aſſumens electionem ⁊ cuius gratia vera fit fortitudo. 4. eſt que bone ſpei qualis eſt preſumptio inebriatoruz. Quinta eſt que propter ignorantiam qui deteriores ſunt fortibus propter ſpem quia fortes ppter ſpem per aliqd̄ tempus permanent in pericul̄. ſed fortes propter ignorantiam nullam dignitatem habent ſed ſtatim cum cognouerunt periculum fugiunt ⁊c̄.

# Dicūtur autem

⁊ alie ſecūdum quinq̄ modos. pmum quidē polytica: maxīe. n. aſſilat̄. Videt̄ aūt ſuſtinere picula ciues: pp eas q̄ ex legib⁹ increpatōes ⁊ oppbria ⁊ pp honores: ⁊ pp h̄ fortiſſimi videt̄ eē apud q̄s timidi ihonorati: fortes honorati. Tales āt ⁊ Homerus facit: puta Dyomedē ⁊ Hectora. Polydamas mihi primum redargutiones reponet ⁊ Dyomedes. Hector enim aliquando dicet in Troianis concionans. Titydes autem a me: aſſilat̄ āt h̄ maxīe ei q̄ p⁹ dicta ē: qm̄ pp



virtutem ſit. ppter verecundiam enim ⁊ boni deſiderium. honoris. n. gr̄a. ⁊ fuge opprobrij turpis exiſtentes. Ponet autem vtiq̄ aliquis ⁊ a ꝑncipibus coactos in idem. Deteriores autem quanto non propter verecundiam ſz propter timorem id operantur. ⁊ fugientes nō turpe ſed triſte. Cogunt enim domini quemadmodum Hector quem autem ego ſine in bello timentem intelligam: non ſibi ſufficiens erit fugere cāes. Et qui precipiūt. ⁊ ſi recedant percutientes id operantur: ⁊ qui ante muros ⁊ foueas ⁊ talia preordināt omnes enim cogunt. opz autem non ppter neceſſitatem fortem eſſe: ſed quoniam bonum.

Hoc ē. 3. capitulum. z. tractatus in q̄ phs determinat de fortitudine apparente ⁊ non vera. cuius ponit. 5. modos vel ſpecies: nam quedam fortitudo apparens ⁊ non vera ē fortitudo ciuilis ⁊ quedam fortitudo militaris ⁊ quedam fortitudo furoris: ⁊ quedam fortitudo ppter ſpē: ⁊ quedam ē fortitudo apparens ⁊ non vera propter ignorantiam. Iſtud capitulum continet quinq̄ partes principales In prima determinatur de fortitudine politica ſeu ciuili. In ſecūda ibi. Videtur autez ⁊ experientia. Determinatur de fortitudie militari que eſt propter experientiam. In tertia ibi. Et furorem autez. Determinatur de fortitudine non vera que eſt ppter timorem vel iram. In quarta ibi. Neq̄ vtiq̄ bone ſpei. Determinatur de fortitudine non vera que ē ppter ſpē victorie. In quinta ibi. Fortes autem videt̄ ⁊ ignorantes. Determinatur de fortitudine pp ignorantiam. In prima igitur parte ponit nūerum fortitudinum apparentiū ⁊ nō verarum ⁊ dicit ꝙ ſunt quinq̄. alie fortitudines deficientes a vera fortitudine. ⁊ pmo determinat de fortitudine ciuili que nō ē fortitudo vera. ponēs tres gradus fortitudinis ciuilis. pmus ē ꝙ quidam ciues ſuſtinent pericula propter honores perpetrandos ⁊ increpationes vitādas. quia ſecundum ſtatuta legum ciuiliū fortes honorantur ⁊ opprobria inferūt̄ timidis. ⁊ ppter hoc apud illas ciuitates in quib⁹ timidis inferunt̄ opprobria ⁊ fortes honorantur inueniūtur viri fortiſſimi ſcōz hanc fortitudinē ⁊ fortaſſis ſcōm fortitudinem veram. Tales autem inducit exempla ex homero qui deſcribens troianum bellum inducit taliter fortes ſcilicet ppter honores conſequēdos ⁊ vitupia vitanda: ⁊ inducit Dyomedem ex parte grecorum ⁊ hectorem ex parte troianorum. inducit enim hectorez dicentez hec verba. polidamas ideſt quidam dux troianorum. Primuz redargutionem reponet mihi. i. pmo me redarguet ſi non fortiter egero. Et dyomedes ex parte grecorum ſeipſum exhortans ad fortiter agendū Hector apud troianos ↄcionans dicit laudās ſe ⁊ me vituperās Thytides ideſt Dyomedes qui ſic nominat⁹ ē a patre a me fugit ⁊ vict⁹ ē

Aſſimilatur autem fortitudo politica que ē propter opprobria vitanda ⁊ ppter honores ↄ̄ñdos maxime aſſimilatur vere fortitudini cū ſit ppter verecundiam que ē timor de turpi ⁊ ppter honorem qui eſt teſtimonium v̓tutis ⁊ honeſtatis. quia igitur honor ē propinquus bono honeſto ⁊ vituperium turpi ī honeſto. iō iſta fortitudo ē ppinqua vere fortitudini que intendit bonum honeſtum ⁊ fugit inhoneſtuz ⁊ ppter hoc iſta fortitudo maxime aſſimilat̄ vere fortitudini. Ponet autez vtiq̄ aliqs. ſcōs grad⁹ fortitudinis politice ē fortitudo q̄ ē propter timorem pene future: aliqui enim ſuſtinent pericula in bello per coactionem ſuperioris pmittentis penam ſi fugiant. ⁊ iſta fortitudo eſt deterior q̄ precedens. ⁊ hec eſt concluſio. 49. ſcilicet ꝙ fortitudo que ē propter timorem pene ē deterior q̄ fortitudo que ē ppt̄ honorem impetrandum vel opprobriū vitandum. pbatur ſic. illa fortitudo que ē propter minus malum vitandum ⁊ minus bonū ↄſequendum ē deterior q̄ illa que ē ppter maius malum vitandum ⁊ magis bonum ↄ̄ñduz. ſz fortitudo que ē ppter timorem pene eſt ppter minus malum vitandū ⁊ min⁹ bonum ↄ̄ñdū q̄ fortitudo que ē ppter honorem impetrandum vel opprobrium vitandum. g̊ ⁊c̄. Maior patet de ſe ⁊ minor declaratur: quia honor eſt ppinquior virtuti ⁊ magis bonum q̄ vitatio pene: ⁊ malum inhoneſtum ē deterius q̄ malum triſte. qui igitur ppter timorem pene aggreditur picula ppter minus bonuz cōſequenduz ⁊ min⁹ malum vitandū aggreditur pericula ē deterior q̄ ille qui exponit ſe periculis ppter honorem impetrandum ⁊ opprobrium vitandum. vnde iſti ſunt deteriores qui ppter timorem opantur fortia q̄ qui ppter verecundiā.

Intelligendum ē hic ſm Lincoñ. ꝙ verecūdia ⁊ honor ſunt ita ppinqua virtuti ⁊ bono ꝙ auctor queſtionis ſumēs cōmuniter nomia virtutis ⁊ boni verecūdiam virtutem vocat ⁊ honorem bonum. fuga autez opprobrij ex vere turpi ideſt vitio vere bonum dici pōt. nō tamen fuga opprobrij ex alia cā q̄ ex malitia virtuti oppoſita. hec Lincoñ. Cogūt enim dn̄i. ponit exemplum ꝑncipum cogentiū ſubditos ad preliū hectorē minātē Troianis ſic dicētez quē ego ſine ī bello timētē itelligā ſic v̓berabo eū ꝙ nō erit ſibi ſufficiens fugere canes. ſ. quin canes comedent eum. quia eius cadauer proijcietur canib⁹. Et qui precipiūt. terti⁹ grad⁹ fortitudinis polytice eſt quando aliqs ſuſtinz triſtia ⁊ terribilia per coactionem ſuperioris actu penā infligentis. Quidā enim precipiunt ſubditis fortiter pugnare ⁊ ipſos percutiunt: ſi fugiant a pugna. Aliud exempluz eiuſdē

põit eos.ſ.qui ante muros foueas ⁊ huiuſmõi
obſtacula ꝓordinant ne poſſit prelĩantibus fu
ga patere :oportet eniꝫ tunc fortiter pugnare:
aut ſuccũbere ſed nullus horum ẽ vere fortis
quia non oꝫ fortem eẽ ꝓpter neceſſitatem vel
coactionem:ſed voluntarie ⁊ propter bonum
virtutis.

**Videtur** ãt ⁊ experiẽtia circa ſingula
ria fortitudo eẽ. vñ ⁊ So-
crates exiſtiauit ſciaꝫ eẽ fortitudineꝫ:tales ãt
aꝗ quidem in alijs. In bellicis autem milites
Videntur autem multa eẽ inania belli que ma
xime conſpexerunt iſti. videntur vtiqꝫ fortes q̃
niam non ſciunt alia qualia ſunt:deinde facere
ſed non pati maxime poſſunt experientia:⁊ cu
ſtodire ⁊ ꝑcutere potẽtes vti armis ⁊ talia hñ-
tes qualia vtiqꝫ erũt:⁊ ad facere ⁊ ad non pati
fortiſſima.Quẽadmodum igitur inermibꝰ ar
mati pugnant ⁊ athlete idiotis:etenim in tali
bus agonibus non fortiſſimi pugnãtiſſimi ſũt
ſed maxime potentes ⁊ corpora optima hñtes
Milites autem timidi ſunt qñ ſuperextenditur
periculum ⁊ deficiunt multitudinibus ⁊ ꝑpa-
rationibus.ꝑmi enim fugiunt: ciuilia autẽ ꝑ-
manentia moriuntur.Quod in Hermeon con
tigit.his quidem enim turpe fugere:⁊ mors ta
li ſalute eligibilior.Hi autem ⁊ ex principio ꝑ
iclitabãtur vt meliores exiſtẽtes:cognoſcẽtes
autem fugiunt mortẽ magis turpi timentes.
Fortis autem non talis.

**H**Ec ẽ ſcda ps ꝑncipalis huius capl'i in q̃
determinatur de fortitudine militari q̃
ẽ ꝓpter experientiam.Experti enim certius ope
rant̃ circa ſingula ⁊ milites in bellicis ſunt ex-
perti.vnde cum aliquis ſuſtinet ꝑicula ꝓpter
experientiam exponit ſe ꝑiculis ꝑ fortitudinẽ
militarem: ſcia enim ⁊ experientia multũ fac̃
ad fortitudinem ⁊ ad alias v̉tutes. vnde So-
crates eſtimauit ſciam eẽ fortitudinem ⁊ eſtia
uit ꝙ ſcientie ⁊ v̉tutes ſint idem totalr̃.talem
fortitudinem ꝓpter experientiã habẽt milites
Milites enim experti ſunt ĩ bello ⁊ ꝓpter ex-
perientiam non credunt periculum iminere.
vnde ipi pugnãt cuꝫ alijs ſicut armati cũ iner
mibus ⁊ ſicut pugiles cuꝫ idiotis.i.cũ ruſticis
inexꝑtis quia in talibus actibus athletarum
non illi qui maxime poſſunt pugnare ſũt fortiſ
ſimi ſcdm corpus ſed illi qui ſũt maxime potẽ-
tes ꝓpter experientiam ⁊ hñt corpa optime di
ſpoſita per aſſuefactionem in armis. Mili-
tes autem timidi.ↄpat fortitudinem ciuilem
ad fortitudinem militarem declarando ꝙ for
titudo ciuilis ẽ melior q̃ꝫ fortitudo militaris.
⁊ hec ẽ concluſio.ſo.⁊ ꝓbatur.ſic illa fortitudo
ẽ melior que ſilior vere fortitudini ſed fortitu
do ciuilis ẽ ſilior vere fortitudini q̃ꝫ fortitudo
militaris.igr̃ fortitudo ciuilis ẽ melior fortitu
dine militari.Maior pꝫ de ſe ⁊ minor declara
tur per hoc ꝙ fortis ciuiliter magis timet tur
pitudinẽ q̃ꝫ mortem ⁊ vere fortis magis timet
turpitudinem q̃ꝫ mortem:ſed fortis fortitudi-
ne militari magis timet mortem q̃ꝫ turpitudi-
nem.g̃ fortitudo ciuilis ẽ ſilior vere fortitudi-
ni q̃ꝫ fortitudo militaris.ꝙ ãt fortis fortitudi
ne militari magis timet mortem q̃ꝫ turpitudi-
neꝫ pꝫ. quia milites tam diu fortiter agunt q̃ꝫ
diu non vident ꝑiculuꝫ iminere ſed qñ ꝑiculũ
excedit ꝑiciã quã habẽt in armis.⁊ qñ non hñt
multitudinem nec alia que requirũtur ad bel
lum efficiuntur timidi ⁊ tunc ſũt ꝑmi fugien-
tes.ſed illi qui ſunt ciuiliter fortes ꝑmanẽtes
in ꝑiculis moriũtur ſicut accidebat in quodaꝫ
loco.ſ. hermeo vbi militibus fugientibus ci-
ues remanſerũt magis eligentes mortẽ q̃ꝫ ſal-
uari ꝑfugam.ſed milites ꝑmo exponebãt ſe ꝑi
culis eſtimantes ſe meliores ⁊ potẽtiores: ſed
poſtq̃ꝫ cognouerũt aduerſarios eẽ potentiores
fugierunt magis timentes mortem q̃ꝫ turpem
fugam. Lincoñ.dicit hic ꝙ habentibꝰ forti
tudineꝫ politicã turpe erat fugere ⁊ mors tali
ſalute eligibilior:milites autem nõ habentes
fortitudinẽ politicaꝫ ſed eã q̃ ex experiẽtia in
ꝑncipio belli cognoſcentes ꝙ ꝑiclitabant̃ ideſt
erant in ꝑiculo vno de ſuis mortuo fugierunt

**Et furorem** ãt ſuper fortitudinẽ
inferunt. Fortes.n.
eſſe videntur ⁊ q ꝓpter furorem quẽadmodum
fere in vulnerantes ferũtur:qm̃ ⁊ fortes furo-
ris ſpẽꝫ habent. Impetuoſiſſimus enim furor
ad pericula.Unde ⁊ Homerus: v̉tutem imitte
furori:⁊ v̉tutem ⁊ furorem erige:⁊ auſterã aut
per ſingulas nares v̉tutem:⁊ ebulliuit ſanguis
Dia enim talia videntur ſignificare furoris ere
ctionem ⁊ impetum.Fortes quidem igitur ꝑꝑ
bonum oꝑantur.furor ãt cooꝑatur eis.Fere
ãt ꝓpter triſtitiam.ꝓpter vulnerari enim vel
ꝓpter timere.quia ſi in ſilua vel i palude eẽnt
non aduenirent.Non vtiqꝫ ſunt fortes a dolo
re ⁊ furore impulſi ad ꝑiculum nihil ꝑiculorũ
ꝑuidentes.quia ſic ⁊ aſini fortes eẽnt eſuriẽtes
percuſſi enim non deſiſtunt a paſcua. Sed et
adulteri propter concupiſcentiam ⁊ audaciam
multa oꝑantur.Non vtiqꝫ ſunt fortia ꝑ dolorẽ
vel furorem in pulſa ad periculum . Natura
liſſima autem videtur q̃ ꝓpter furorem eſſe: ⁊
ꝑaccipiens electionem ⁊ cuius gr̃a fortitudo
eſſe.Et hoies vtiqꝫ irati quidem dolent. puniẽ
tes autem delectantur.Qui autem ꝑꝑ hec pu
gnaces quidem:non fortes autem. Non.n.ꝑꝑ
bonum neqꝫ vt rõ:ſed ꝓpter paſſionem.ſimile
autem habent aliquid.

**H**Ec ẽ tertia pars huius capl'i in q̃ deter-
minatur de.ꝫ.modo fortitudinis appen
tis ⁊ non vere exiſtẽtis que eſt fortitudo ꝓpt
irã vl' furorẽ ad actũ fortitudinis ipellẽtẽ:⁊ cõ
tinet.ꝫ.ꝑticlas.In ꝑma poit illũ modũ fortitu



dinis qui eſt ꝓpter furorem. In ſcda ibi. For-
tes quidẽ igitur.ponit differẽtiã inter iſtũ mo
dum fortitudinis: ⁊ fortitudinẽ verã. In pri-
ma igitur ꝑticula narrat ꝙ hoies in cõi vſu lo
quendo inferũt furorẽ ſupra fortitudinẽ.ſ. dũ
attribuũt fortitudini ea que per furorem fiũt
furientes.n.ſeu irati videntur eſſe fortes ſicut
⁊ beſtie que per furorẽ ↄcitate irruũt in hoies
qui eos vulnerãt.hꝫ.n. fortitudo quãdã furo
ris ſimilitudinẽ.nã ſicut fortis cũ maxima v̉-
tute animi in pericula tendit ſic furor cuꝫ ma
gno ipetu in pericula ducit.furor.n.eſt impe-
tuoſiſſimus ad pericula miſtrans fortitudinẽ
⁊ ꝓpter hoc homerus dixit cuidã:v̉tuteꝫ imit
tere furori:⁊ ꝑ v̉tutẽ furorẽ erigere. ita ꝙ per
virtutem furor reguletur.Et per furorẽ virtu
ti miniſtrantẽ virtus ai ꝓmptior ad actũ red-
datur.⁊ alibi dicit de quibuſdam ꝙ per ſingu
las nares emittebãt auſterã virtutẽ.i. furorẽ
qui ꝑꝑ calefactionẽ cordis facit cũ magno im
petu reſpirare in tm̃ ꝙ aliqñ ex ipetu ire ebul
lit ſanguis per nares:⁊ ſubdit phs dicẽs. ꝙ
ꝑdicta verba homeri videntur ſignificare ꝙ fu
ror erigitur ⁊ ꝙ faciat impetum ad actũ forti
tudinis. Fortes quidẽ igitur ⁊c̃. Hec ẽ ſecũ
da ꝑticula hui9 partis in qua phs oſtẽdit dif
ferẽtiã inter fortitudinẽ ⁊ furorem ⁊ verã for
titudinẽ.et eſt hec dr̃a ꝙ fortitudo vera eſt ꝑꝑ
bonũ virtutis.ſed fortitudo ꝑ furoreꝫ non eſt
ꝓpter bonũ virtutis ſꝫ ꝓpter triſtitiã quã ha
bent de iniuria illata ⁊ non vindicata. vnde
põt poni hic cõcl'o.ſi.ſ.ꝙ fortitudo ꝑ furorem
non eſt vera fortitudo:que ꝓbatur ſic.v̉e for-
tes oꝑantur ꝑꝑ bonũ virtutis ⁊ furor cooꝑatur
eis ſecũdario: ſed fortes ꝓpter furorẽ oꝑant̃
ꝓpter triſtitiam.iõ ⁊c̃. vnde ſicut fere vulne-
rate inuadũt hoies ꝑꝑ triſtitiam ⁊ dolorẽ vul
nerũ vel ꝓpter timorẽ eoꝝ que timẽt ſe paſſu
ras vt ſi timeãt ſe vulnerãdas ⁊ ex hoc incita
te ad irã inuadũt hoies:qꝛ ſi eſſent in ſilua vl'
in palude non vulnerarent̃ neqꝫ timerẽt:⁊ nõ
inuaderent hoies. vnde in eis nõ eſt vera for
titudo qꝛ ipellũtur ad pericula ſolũ dolore et
furore cũ tñ nullũ ꝑiculorũ ꝑuideant: ſicut il
li qui ex electione fortiter operantur. Nõ eni
ſunt fortes.⁊ ſicut alia q̃ ꝑꝑ dolorẽ ⁊ furorem
ſuſtinent triſtia non ſunt vere fortia: ita qui
ꝓpter cõcupiſcentiã vel alias paſſiones ſuſti-
nent triſtia non ſunt vere fortes.⁊ hoc probat
phs.ſ.ꝙ qui ſuſtinent triſtia ꝓpter cõcupiſcen
tiam non ſunt vere fortes.⁊ hec ẽ ↄcl'o. ſi. que
cõcluſio ſic ꝓbatur. ſi ſuſtinẽtes triſtia ꝓpt
cõcupiſcentiam eſſent vere fortes : tunc aſini
eſſent v̉e fortes.ↄñs ẽ falſum.ↄña patꝫ.nã aſi-
ni eſurientes ꝑꝑ cõcupiſcentiaꝫ cibi ſuſtinent
triſtia:qꝛ ꝓpter cõcupiſcẽtiã cibi aſini ꝑcuſſi ñ
deſiſtũt a paſcuis . Silr̃ adulteri ꝓpter cõcu
piſcentiã venereorũ ſuſtinent triſtia ⁊ pericula
nõ tñ ſũt vere fortes.qui igit̃ oꝑantur:⁊ in pe
ricula impellũtur ꝓpter paſſiones non ſunt v̉e
fortes:inter tñ oẽs fortitudines q̃ ſunt ꝓpter
paſſiones illa fortitudo que ẽ ꝑꝑ furorẽ ẽ con-
naturaliſſima vere fortitudini.⁊ ſi ꝑaccipiat e
lectionẽ:⁊ debitũ finẽ gr̃a cuiꝰ operatur erit ve-
ra fortitudo: in vera eni fortitudine oꝫ furor
ſequi electionẽ. Iſtud tñ nõ eſt ſic intelligen-
dum ꝙ vna res fiat alia:qꝛ hoc eſt ſimpliciter
impoſſibile vt oſtendet̃ in octauo huius: ſꝫ ſic
intelligitur ꝙ ex fortitudine ꝓpter iraꝫ fit for
titudo vera.ſicut aliquid fit ex diſpoſitiõe pre
cedente vel ex t̃mino a quo. Et hoies vtiqꝫ)
ex paſſione que eſt ira ſiue ex fortitudine que
eſt ab ira accidũt hoibus duo. ſ.dolor ⁊ dele-
ctatio. dolent.n. ꝑꝑ iniuriam illatã ⁊ nondũ
vindicatam.ſed cum punierint illũ cõtra quẽ
iraſcebantur tunc delectãtur qꝛ iam deſideri
um ſuũ impleuerũt.qui aũt ꝓpter hoc.hoc eſt
ꝓpter iraꝫ fortiter operãtur poſſunt dici pug
nantes ſiue pugnatores:ſed non fortes qꝛ nõ
oꝑantur bona rõne inducti:ſed ꝓpter paſſio
nẽ ⁊ ꝓpter iram que non ẽ fortitudo vera: ſed
hñt aliquid ſimile vere fortitudini Dubita
tur vtꝝ fortis aſſumat ſibi irã nõ oꝑando. vi
detur ꝙ non.qꝛ ira nõ ſubijcit̃ imperio rõnis
non enim põt vti ira ſꝫ ſuũ arbitriũ:qꝺ patet
quia ira eſt paſſio corporis. ⁊ paſſio corporis
mota non quieſcit qñ hõ vult.patꝫ ex libro ꝺ
memoria:ſed fortis nã aſſumit ſibi i operãdo
aliquid pro inſtrumẽto quo nõ põt vti ꝓ ſuo
arbitrio. Itẽ ſicut aliqui mouẽtur ad fortit̃
oꝑandũ ꝑꝑ irã ita etiã mouẽtur aliqui ad for
titer oꝑandũ ꝑꝑ triſtitiã vt pꝫ in feris que ꝑꝑ
triſtitiã cõcupiſcentie multa fortia opãtur:ſꝫ
fortis non aſſumit ſibi triſtitiã nec cõcupiſcẽ-
tiã.igit̃ pari rõne non aſſumit ſibi irã. Con-
trarium appꝫ hic per phm qui dicit ꝙ furor
cooperatur fortitudini. Ad iſtud dubiũ di-
cendũ ẽ ꝙ inter oẽs paſſiones fortis maxie aſ
ſumit irã in operando nã opus fortis eſt aggre
di terribilia ⁊ inuadere:⁊ inter oẽs paſſiones
ira ꝑꝑ ſuũ impetũ maxime mouet hoieꝫ ad in
uadẽdũ illũ cui iraſcitur.⁊ iõ inter oẽs paſſio
nes ira maxime iuuat fortitudinẽ dũ tñ ſit rõ
ne moderata qꝺ etiã pꝫ ex hoc ꝙ inter oẽs for
titudines ſimilitudinarias illa q̃ fit per iram
eſt naturaliſſima ⁊ ſimillima vere fortitudini
vt dicit phs.Cũ igitur ſimile iuuatur a ſuo ſi-
mili pꝫ ꝙ ira maxime iuuat fortẽ in oꝑando.
Ad primũ incõtrariũ dicendũ eſt ꝙ ira rõ
ne moderata bene ſubijcitur impio rõnis.⁊ iõ
põt homo vti tali ira ſꝫ ſuũ arbitriũ:licet non
poſſet vti ira imoderata ſꝫ ꝙ vult.⁊ de illa ꝓ
cedit auctoritas phi. Ad zꝰ quia ira per ſe
mouꝫ ad inuadẽdũ:⁊ alie paſſiões vt triſtitia
cõcupiſcentia non mouent̃ per ſe ſed ſoluꝫ per
accñs ad inuadendũ. iõ forte magis aſſumit

iram ꝙ̃ triſtitiam vel cõcupiſcẽtiã ad actũ in/
uadendi terribilia qui eſt principal' actus for
titudinis.ꝙ aũt triſtitia ⁊ cõcupiſcẽtia ꝑ acci
dens moueãt ad inuadendũ appꝫ q: triſtitia
non mouet ad inuadendũ niſi inquãtũ eſt cã
ire: vl' inquãtum inuadit ꝑicula vt fugiat tri
ſtitiã: ⁊ ita triſtitia ꝑ accñs mouet ad inuaden
dum: cõcupia vero nõ mouꝫ niſi per accñs ad
inuadendũ quia cõcupiſcentia ꝑ ſe tendit ad
delectabile cui repugnat inuadere ꝑicula. ⁊ iõ
cõcupiſcentia non mouet ꝑ ſe ad inuadendũ
ſed per accñs ut cũ aliquis magis diligit ꝑicu
la inuadere ꝙ̃ a delectabili abſtinere. Et ſi
dicaꝛ ꝙ fortis non videtur indigere ira q: for/
tis per ſe eſt ſufficiens ad opus fortitudis. iõ
non indiget ira. Dicendũ ē ꝙ duplex ē actꝰ
fortitudinis.ſ.ſuſtinere pericula ⁊ ipa inuade
re ⁊ repellere. ⁊ licet fortis ſit ꝑ ſe ſufficiẽs abſ
ꝙ̃ ira ad hunc actũ q̃ ē ſuſtineꝛ ꝑicula ⁊ t̃ribilia
ñ tñ ē ſufficiẽſ ad hũc actũ q̃ ē inuadeꝛ ⁊ repelleꝛ
terribilia: imo ad iſtũ actũ ira multũ coopaꝛ.

# Neque enim

bone ſpei differen
tes exiſtentes for/
tes pp̃ mltotiẽs.n. ⁊ multos viciſſe cõfidũt in
periculis. Cõſimiles aũt qm̃ ambo audaces:
ſed fortes quidẽ pp̃ ꝓdicta audaces. hi autẽ
pp̃ extimare meliores eſſe: ⁊ nihil contra pati.
Tale aũt fugiũt ⁊ inebriati: ⁊ bene ſperantes
enim fiunt q.ꝺ aũt ipis non accidũt talia fugi
unt. Fortis aũt erat terribilia hõi exiſtentia.
⁊ non apparẽtia ſuſtinere: qm̃ bonũ ⁊ turpe ñ
pp̃ qꝺ fortiores videntur eſſe in repẽtinis tio
ribus ⁊ inpauidũ ⁊ inturbatũ eſſe ꝙ̃ in ꝓmani
feſtis. Ab habitu.n. magis vl' qm̃ minus ex ꝓ/
paratione: ꝓmanifeſta quidẽ.n. ſi ex rõne ⁊ co
gitatiõe aliquis ꝓeligat repẽtia aũt ſꝫ habitũ

HEc eſt quarta pars in qua determinat
de fortitudine apparente ⁊ non vera q̃
eſt ꝓpter ſpem. ⁊ cõtinet tres ꝑticulas. In pri
ma ponit hũc modũ fortitudinis. In ſecũda
ibi. cõſiles aũt cõparat iſtã fortitudineꝫ vere
fortitudini. In tertia ibi. ꝓpter hoc fortiores
infert quoddã correlariũ.ſ. ꝙ qui in repentis
ꝑiculis non timet neq̃ ꝑturbaꝛ magis videꝛ
eſſe fortis ꝙ̃ ille qui in ꝓuiſis ⁊ manifeſtis pe
riculis non timet neq̃ turbaꝛ. In prima igiꝛ
ꝑticula dicit ꝙ ſicut illi qui ꝓpter iram forti
ter agunt non ſunt vere fortes: ita illi qui pp̃
ſpem victorie ſoluꝫ fortiter agunt nõ ſunt ve/
re fortes quia iſti ſunt fortes propter ſpem
fortiter enim opantur ꝓpter hoc ꝙ ſperãt vin
cere eo ꝙ multotiens in periculis exiſtentes
vicerũt. vnde ſunt fortes ꝓpter experientiam
quã hñt in bellicis: hoc.n. ꝑtinet ad ſecudum
modũ fortitudis ñ vere ſꝫ pp̃ ſolã fidutiã quã
ex frequẽtibꝰ victorijs acceperũt opanꝛ forti
ter credẽtes vincere vt alias vicerunt. Cõ/
ſimiles aũt. hec eſt ſecũda ꝑticula in qua com
parat hãc fortitudinẽ fortitudini vere. primo
ſecũdũ cõueniẽtiã. 2° ſꝫ drãꝫ ſm̃ cõueniẽtiã
q: fortes pp̃ ſpeꝫ aſſimilãꝛ vere forti in hoc ꝙ
ambo ſunt audaces.i. audacter ꝑicula aggre/
dientes: ſed drñt in hoc ꝙ vere fortes opanꝛ
ex electione: ⁊ ꝓpter bonũ v̄tutis: ⁊ fortes pp̃
ſpem opantur quia credũt ſe meliores ⁊ poſſe
vincere. ⁊ ẽt differũt aliomõ.ſ. ꝑ hoc ꝙ fortes
pp̃ ſpem qñ vident ꝑicula iminere fugiũt. ſed
vere fortes non fugiũt qñ vident iminere pe/
ricula ſed ꝑſiſtunt in periculis pp̃ bonũ hone
ſtum ⁊ ad vitandum inhoneſtũ. Unde põt
hec poni cõcluſio.53.ſ. ꝙ fortes pp̃ ſpeꝫ ñ ſunt
vere fortes: que ꝓbatur dupliciter. primo ſic
vere fortes aggrediũtur ꝑicula ex electiõe et
ꝓpter bonũ virtutis ⁊ fortes ꝓpter ſpem ag/
grediũtur pericula non ꝓpter ꝓdicta ſed quia
eſtimãt ſe eſſe meliores ⁊ ſperãt vincere. g̃ ⁊c̃.
vnde fortes ꝓpter ſpem ſunt ſimiles ebrijs q̃
multiplicatis ſpiritibꝰ ꝓpter vinuꝫ efficiunꝛ
bone ſpei ſed quando eis non accidũt ea que
ſperant non ꝑſiſtunt ſed fugiũt. Unde ſperã
tes enim fiũt. 2° ꝓbatur ꝯclo ſic. fortes ꝓpt
ſpem ſunt bene ſperãtes ⁊ ꝑſiſtunt in pericul'
dũ eis non apparẽt pericula iminere ſed ſtati
cũ percipiũt eis periculis iminere ita ꝙ timẽt
vinci tunc fugiũt. ſed vere fortes qñ pericula
⁊ homini terribilia ſꝫ v̄itateꝫ iminent non fu/
giunt ſed ꝑſiſtunt in periculis propter bonum
⁊ ad vitãdum inhoneſtũ. ergo fortes ꝓpꝛ ſpẽ
non ſunt vere fortes. Propter qꝺ ⁊ fortio/
res. hec ē teria particula huius partis in qua
phs infert quoddã correlariuꝫ ex predictiſ q:
enim ad fortẽ ꝑtinet ſecũdũ ꝓpriã inclinatio
nem ſui habitus terribilia ſuſtinere iõ cõclu/
dit tale correlariũ ꝙ ille eſt magis fortis qui
in repentinis timoribus non timet nec turba
tur ꝙ̃ ille qui non timet in periculis preuiſis
⁊ prius manifeſtis. ⁊ iſta eſt cõcluſio.54. que
ſic poteſt ꝓbari. operatiões repẽtine ſunt ab
habitu. ſed operationes que ſunt preuiſe ⁊ pre
cogitate ſunt a deliberatiõe rõnis. qui igiꝛ in
repentinis timoribus nõ timẽt hñt habitum
fortitudinis q: opationes repentine fortitu/
dinis non ſunt niſi ab habitu fortitudinis ſꝫ
alie opationes ꝓexcogitate non ſunt ab habi
tu: ex hoc arguitur ſic. ille eſt magis fortis q̃
operatur ex habitu fortitudinis ꝙ̃ ille qui nõ
operatur ex habitu fortitudinis. ſed qui ope/
ratur fortiter in repentinis timoribus opatur
ex habitu fortitudinis ipſius qui fortis ē ter
ribilia ſꝫ hoieꝫ non apparẽtia ſuſtinere ꝓpter
bonũ cõſequẽdũ ⁊ turpe vitandum. ſed q̃ ope
ratur fortiter in timoribus ⁊ periculis preui
ſis non operatur vel non oportet ꝙ opereꝛ ex
habitu fortitudinis. igiꝛ ⁊c̃. Intelligenda
ſunt hec duo. primo ꝙ ſi pericula ſunt ꝓcog/
nita ⁊ premanifeſta homo poteſt deliberare ⁊
ſe bene armare ad pericula ſuſtinenda: ⁊ tunc
poteſt ſine timore aggredi pericula ſine habi/
tu fortitudinis. nã nullus eſt habitꝰ vl' paſſio
ita vehemẽs cui rõ nõ poſſit reſiſtere dũmõ
vſus rõnis manet ꝑ quẽ hõ põt ſe habere ad
oppoſita ſed in repentinis timoribus non põt
homo deliberare. iõ in illis opatur per habi/
tum. 2° eſt ſciendũ ꝙ iſte quartus modꝰ for
titudinis differt a modo 2° quia non eſt idem
operari ꝓpter ſpem ⁊ operari ꝓpter experien
tiam nam inexperti poſſunt ſperare victoriã
propter hoc ꝙ multotiens vicerũt: contingit
eni multotiẽs vincere abſq̃ experiẽtia.

# Fortes

aũt videntur ⁊ ignorãtes. ⁊ ſũt
non longe ab his qui bone ſpei
Deteriores aũt quanto dignitatem nullã hñt
illi aũt ꝓpter qꝺ ⁊ permanẽt per aliquod tem
pus. Hi aũt decepti qm̃ ſi cognouerint aliud
ꝙ̃ ſuſpicanꝛ fugiũt. Quod argi patiebanꝛ ici/
dentes latonibus vt ſitionijs. ⁊ fortes vtiq̃
dicti ſunt quales quidã: ⁊ exiſtimati fortes

HEc eſt.5. particula in qua ponitur quin/
tus modꝰ fortitudinis apparẽtĩ ⁊ ñ v̄e
⁊ hec fortitudo ē fortitudo propter ignorãtiam
illi vero qui ignorãt pericula audacter ſe ex/
ponentes periculis ignorãtes ea eſſe pericula
videntur eẽ fortes. Euſtratius dicit hic ꝙ
ignorãtes ⁊ inexperti periculoꝝ aggrediũtur
terribilia. ⁊ videntur eſſe fortes. vnde ⁊ ꝓuer
bium fluxit dulce inexꝑto bellũ. vnde qui ig/
norant pericula ſunt ſimiles fortibꝰ pp̃ ſpem
ſunt tñ illis deteriores. ⁊ hoc probat phs.ſ. ꝙ
fortes ꝓpter ignorãtiam ſunt deterioreſ ꝙ̃ for
tes ꝓpter ſpem. ⁊ hec eſt cõclo.55. ⁊ ꝓbatur ſic
illi qui nullã dignitatẽ hñt ſunt deteriores ill'
qui aliquã dignitatem hñt. ſed fortes ꝓpter ig
norantiã nullã dignitatem hñt per quã ſe mo
uent ad pericula. ⁊ fortes ꝓpter ſpem aliquã
dignitateꝫ hñt. g̃ ⁊c̃. Maior eſt maifeſta ⁊ mi
nor ꝓbatur ꝗtum ad vtrãq̃ eiꝰ ꝑtem. primo
quantũ ad primã partem. nam fortes pp̃ igrã
tiam ex ſolo defectu ſcientie currũt ad pericu
la non eſtimantes ea que ipi aggrediuntur eẽ
perículoſa ⁊ ita ex ſola defectione ſcientie que
non eſt aliqua dignitas aliquã dignitatẽ iclu
dens ſe mouent ad pericula. ⁊ ſic patet prima
pars minoris. ſecũda pars etiam pꝫ q: fortes
ꝓpter ſpem hñt ſcientiam. cognoſcũt.n. ꝙ illa
q̃ ipi aggrediuntur ſunt periculoſa in ſe ſed nõ
reputant ea eſſe ſibi periculoſa. et ita hñt aliq̃
dignitatem. ſ. ſciẽtiã. ⁊ ideo illi qui aggrediun
tur pericula ꝓpter ignorãtiam ſtatim cũ cog/
noſcunt ea eſſe pericula que aggrediuntur fu/
giunt: ſed illi qui ſunt bone ſpei poſtꝙ̃ cognoſ/
cunt ꝙ ſunt pericula permanent per aliqꝺ tp̃s
⁊ ita fortes pp̃ ignorãtiam ſunt deteriores ꝙ̃
fortes pp̃ ſpem. Circa iſtudꝰ caplm̃ eſt ſcien
dum q̃uo ſumũtur iſti quinq̃ modi fortitudi/
nis non vere ſed ſimilis v̄ere. ꝙ cuꝫ fortitudo
vera ſit virtus moralis ad quã requiritur ſci
re ⁊ eligere. ⁊ ꝓpter bonũ eligere põt aliqs op
ando ꝓpter materia fortitudinis tripliciter ꝺ
ficere a vera fortitudine: aut ꝓpter defectum
ſcientie ⁊ ſic eſt q̃ntꝰ modꝰ ſꝫ quẽ aliquis dici
tur fortis ꝓpter ignoratiã. Aut ꝓpter defectũ
electionis. ſ. quia non operatur ex electiõe. ſꝫ
ex paſſione ⁊ hoc poteſt eſſe dupliciter: aut q̃a
opatur ex paſſione ipellẽte animũ ad aggredi
endũ pericula cuiuſmodi eſt ira. ⁊ ſic eſt forti/
tudo tertioꝰ dicta cuiuſmodi eſt fortitudo ire
ſeu furoris: vel eſt paſſio firmãs animũ cõtra
ꝑicula cuiuſmodi eſt ſpes: ⁊ ſic ē q̃rtꝰ modꝰ for
titudinis apparẽtĩ.ſ. fortitudo ſpei. Tertio
modo deficit aliquis a vera fortitudine ꝓpꝛ
indebitũ motiuũ qui licet ex electione opetur
eligendo ea que forti eligit.ſ. ſuſtinere ⁊ aggre
di pericula tñ hoc eſt ꝓpter motiuuꝫ indebitũ
ſicut milites qui pp̃ armorum experiẽtiã ag/
grediuntur terribilia eo ꝙ ſue pericie inniten
tes non reputant ea que aggrediuntur eſſe ſi/
bi periculoſa. ⁊ ſic eſt ſecũdus modus qui di/
citur fortitudo militaris vel experimẽtal' aut
eligit cã agẽdi pericula ꝑ indebitũ fineꝫ.ſ. nõ
ꝓpter bonũ cõe ⁊ virtutis. ſed ꝓpter honores
cõſequẽdos vel penas vitandas que a ſuperi
oribus actu infligunꝛ vl' cõminantur infligi
⁊ ſic eſt primꝰ modus.ſ. fortitudo polytica ſi/
ue ciuilis. Nota ꝙ fortitudo vera requirit ſci
re ⁊ eligere ⁊ eligere pp̃ hoc.ſ. pp̃ finẽ debitũ ⁊c̃

# Capitulum

quartum tracta
tus textu libri.3.
de ꝓprietatibus fortitudiniſ declarãſ
ꝙ vera fortitudo magis eſt circa terribilia ꝙ̃
circa auſibilia. vel ꝙ magis eſt circa timores
ꝙ̃ circa audacias et ꝙ nulla vel pauca dele
ctabilia habet preter finẽ ſed eſt maxime circa

triſticias:⁊ quãto quis virtuoſior eſt ⁊ felicior
tanto magis triſtatur in morte.⁊ per illã tñ tri
ſticiaꝫ non diminuit eiꝰ fortitudo:ſed magis
augmentat̃ ⁊ ꝙ ꝓprietates p̃dicte vere forti
tudinis nõ inſunt fortitudini militari ſtipen
diariorũ ex quibus figuraliter appꝫ quid ẽ ve
ra fortitudo ⁊c̃.

**Circa** audacias aũt ⁊ timores. fortitudo exñs non ſimili-
ter circa ambo ẽ:ſꝫ magĺ circa terribi-
lia. In his.n.imperturbatꝰ: ⁊ circa hec vt opꝫ
hñs. Fortis magis q̃ꝫ qui circa audatias.

Iſtud eſt quartũ capl̓ꝫ tractatus ſecũdi i
quo determinat̃ de ꝓprietatibꝰ fortitudi
nis.⁊ ꝯtinet.4. ptes p̃ncipales. In p̃ma deter
minatur qũo ſe habet ad timorẽ ⁊ audatiam
In.2. ibi. In ſuſtinendo vtiq̃ꝫ.oſtẽdit̃ qũo for
titudo ſe habet ad triſtitiaꝫ. In tertia pte ibi.
Sed ad huc videbitur. oñditur qũo fortitu-
do ſe hꝫ ad ipſam delectationẽ. In quarta par
te ibi. Milites aũt.excludit ꝓprietates p̃dic-
tas vere fortitudinis a fortitudie militari epi
logando quedã dicta de fortitudine. In pri-
ma igitur parte ponit p̃mã ꝓprietatẽ fortitu-
dinis que eſt ꝙ cũ fortitudo ſit circa triſtia et
auſibilia fortitudo magĺ hꝫ eẽ circa terribilia
q̃ꝫ circa auſibilia:ſiue ꝙ fortitudo magis hꝫ eſ
ſe circa timores q̃ꝫ circa audacias:⁊ hec ẽ cõ-
cluſio.56.⁊ ꝓbatur ſic.fortitudo magis eſt cir
ca illud circa qđ fortis magis laudat̃:ſed for-
tis magis laudatur in hoc ꝙ bene ſe habꝫ cir-
ca terribilia q̃ꝫ in hoc ꝙ bene ſe hꝫ circa auſi-
bilia.ergo fortitudo magis ẽ circa terribilia
q̃ꝫ circa auſibilia. Maior huius rõnis ẽ mani
feſta ⁊ minor pꝫ. ex h̓ ꝙ timor imminet hõi ex
aliquo fortiori circa ip̃m inſurgẽte.⁊ audatia
tio ſurgit ex hoc ꝙ aliquis exiſtimat eũ queꝫ
inuadit nõ excedere ſuã ptãtem.modo diffici
lius ẽ ſtare contra fortiorẽ q̃ꝫ ex inſurgere i eq̃
lem vel minorẽ.cũ igit̃ virtus magis laudat̃
circa magis difficile:ſequitur ꝙ fortitudo ma
gis laudat̃ circa timores q̃ꝫ circa audacias
ſiue circa t̃ribilia q̃ꝫ circa auſibilia qđ idẽ eſt.

**In ſuſtinendo** vtiq̃ꝫ triſtia vt dictum eſt for-
tes dicũtur ꝓp qđ ⁊ triſte fortitudo ⁊ iuſte lau
datur difficilius enim triſtia vt dictũ eſt ſuſti
nere:q̃ꝫ a delectabilibus abſtinere.

Hec eſt ſecũda pars p̃ncipalis in qua oſt
enditur qũo fortitudo ſe hꝫ circa triſti
tias.⁊ per hoc patꝫ.2.ꝓprietas fortitudinis.
que eſt circa triſtitias. vnde oſtendit̃ ꝙ forti
tudo eſt circa triſtitias.⁊ hec ẽ cõcl̓o.57.⁊ pro
batur ſic:circa illud hꝫ eſſe fortitudo circa qđ
fortis laudatur ſed fortis laudat̃ in ſuſtinen
do triſtia.ḡ⁊c̃.minor pꝫ et maior declaratur ꝑ
hoc ꝙ ſi fortis in ſuſtinendo triſtia non rece-
dit a bono virtutis tũc multũ laudatur q̓ vtꝰ
laudat̃ circa difficile nunc valde difficile eſt
ſuſtinere triſtia.nã difficile eſt ſuſtinere a dele
ctationibus ⁊ difficilius eſt triſtia ſuſtinere q̃ꝫ
a delectationibus abſtinere.

**Sed et** adhuc videbitur vtiq̃ꝫ eẽ qui ſꝫ fortitudinẽ finis delectabi
lis. Ab his.n. que circa euaneſcere quale ⁊ in
gignaſticis agonibus fit pugilibus .n.finis d̓-
lectabilis cuius gr̃a corona ⁊ honores. ꝑcuti
aũt doloroſuꝫ ſi carnales ⁊ triſte oĩs labor ꝓp
multa aũt hec eẽ:puũ exñs cuius gr̃a nihil d̓-
lectabile videtur hr̃e. Si vtiq̃ꝫ tale eſt ⁊ qđ cir
ca fortitudinem mors quidẽ ⁊ vulnera triſtia
forti ⁊ volenti erũt. Suſtinet aũt hec qm̃ boꝰ
vel qm̃ turpe non. Et quãto vtiq̃ꝫ v̓tutem ha-
beat omnem ⁊ felicior ſit magis in morte tri
ſtior erit. tale.n.maxie viuere dignum ⁊ iſte
maximis bonis priuatur ſciẽs. Triſte autem
hoc. Sed nihil minꝰ fortis forſitã aũt ⁊ magĺ
qm̃ in bello bonũ pro illis eligit. Nõ vtiq̃ꝫ au-
tem in oĩbus v̓tutibus delectabiliter opari
exiſtit p̃ter q̃ꝫ inquãtũ finẽ attingit.

Hec eſt tertia ps in qua oñditur qũo for-
titudo ſeu fortis ſe habet ad delectati-
onem.⁊ per hoc patet tertia ꝓprietas fortitu-
dinis que eſt aliquã delectationẽ habere.⁊ ꝯ
tinet hec pars.2.ꝑticulas.in prima oſtẽdit ꝙ
fortis in ſuſtinendo triſtia aliquã delectatiõꝫ
habet ſed modicaꝫ. In.2.ibi. Et q̃ꝫto vtiq̃ꝫ. ex
cludit errorẽ ſtoicoꝝ dicentium ꝙ virtuoſus
nunq̃ꝫ triſtitiã habet. In p̃ma igitur ꝑticu-
la oñditur ꝙ fortis in ſuſtinẽdo triſtia aliquã
delectationẽ hꝫ ſed modicã.⁊ hec eſt cõcluſio
.58.⁊ ꝓbatur ſic.finis ꝓp quẽ v̓tuoſus agit eſt
ei delectabilis ſed fortis in ſuſtinendo triſtia
agit ꝓp finẽ.igitur finis ꝓp quẽ fortis agit in
ſuſtinendo triſtia ẽ ei delectabilis.⁊ ꝑ ꝯñs for
tis in ſuſtinendo triſtia aliquã delectationem
habet. Ab his aũt que circa.ſed q̃ꝫuis fortis
in ſuſtinẽdo triſtia aliquã delectatiõꝫ hꝫ tñ il
la delectatio debiliter ꝑcipitur ꝓp circonſtan
tes triſtitias:ſicut accidit in agonibꝰ agoni-
ſticis in quibꝰ pugiles nudi pugnant ſuſtinẽ-
tes triſtia delectãtur tñ in fine:gr̃a cuius pu
gnant.ſ.in corona ⁊ honore ꝓp que pugnãt q̓
coronãt̃ ⁊ honorantur.ſed ſuſtinere ꝑcuſſiões
ẽ eis doloroſũ.⁊ hoc negare ẽ negare eos eſſe
carnales nã ſi carnẽ ſenſibilẽ habeãt neceſſe ẽ
vt leſiua inferãt eis dolorẽ:⁊ q̓ mľta ſĩ triſtia
⁊ doloroſa que ſuſtinẽt ⁊ bonũ qđ hñt ꝓ fine
eſt aliqđ paruũ.nõ videt̃ aliquã delectatiõeꝫ
ſẽtire q̓ deletactio abſorbet̃ a maiori triſtitia
ita videt̃ accidere in actu fortitudinis quia
fortis in ſuſtinẽdo triſtiã modica delectatiõeꝫ
hꝫ q̓ ille qui ſuſtinet doloroſa ⁊ multũ triſtia
ſi aliquã delectationẽ hꝫ modicã habꝫ.modo
fortis in ſuſtinendo triſtia triſtia ſuſtinet do
loroſa ⁊ multũ triſtia ⁊ delectationẽ aliq̃ꝫ hꝫ
vt ꝓbatũ ẽ:q̓ ſuſtinet h̓ ꝓp bonũ ꝯñdũ ⁊ ma-
lum vitandũ.ergo fortis in ſuſtinendo triſtia
modicam delectationẽ hꝫ. Lincoñ. videtur
h̓ dicere ꝙ opatio fortis in ſuſtinẽdo triſtia ẽ
multũ delectabilis.dicit.n.ſic.⁊ ſi dicat h̓ Ari.
ꝙ in fortitudĩe finis ẽ delectabilis que aũt ad
finem triſtia:non credat aliquis ꝙ nature for
titer opans non delectabiliter opetur:ꝓbauit
enim in primo libro ꝙ opatio ſm̓ virtutẽ dele
ctabil̓ ẽ:ſed ſciendũ ꝙ ip̃e opationes i ſe ip̃is
laborioſe ſunt ⁊ triſtitiã quantũ ẽ ex ip̃is infe-
rentes ip̃e tñ amor uirtutis ⁊ opationis ſꝫ vir
tutẽ exiſtẽs in viro forti ⁊ ſil̓r in ſtudioſo facit
oẽs opationes ſm̓ virtutem leues.⁊ oẽs dolo-
res ⁊ triſtitias dulces:⁊ per ꝯñs delectabiles.
omne enim amatum inquantũ amatum leue
dulce ſuaue:⁊ delectabile. Et in ſtudioſiſ dele
ctabilitas nata ex amor̃ finit triſtitiã laboreꝫ
⁊ dolorẽ que ſunt in operatione de ipſius oꝑ
ationis natura.hec lincoñ.⁊ iſtud magis vide
bitur i dubitationibꝰ. Et quãto vtiq̃ꝫ. Hec
ẽ.2.ꝑticula tertie partis in qua ph̓s remouet
errorẽ ſtoicoꝝ dicentiũ ꝙ v̓tuoſus nullã triſti
tiam hꝫ ⁊ iſtud excludit ph̓s ꝓbando ꝙ quã
to eſt aliquis magis ꝑfectus in virtute ⁊ feli-
cior: tanto magis triſtatur in morte. ⁊ hec eſt
cõcluſio.59.⁊ ꝓbatur ſic:quãto aliquis ſcien-
ter p̃uatur maiori bono quo eſt dignus tanto
magĺ triſtatur ſed quãto aliq̃s eſt v̓tuoſior tã
to in morte ſcienter priuat̃ maiori bono quo ẽ
dignus.ergo quãto aliquis eſt virtuoſior tan
to magis triſtatur in morte. Lincoñ. dicit
hic ꝙ quãto quis ẽ v̓tuoſior ⁊ aliis vtilior:tan
to magis erit mors ſibi triſtior ꝓp cãs quas aſ
ſignat auctor.⁊ tñ ſi mortem ſuſtinet propt̃ bo-
num quãto virtuoſior: tanto erit mortis ſuſti
nentia delectabilior ꝓpter vehemẽtiorẽ amo
rem boni cuius gr̃a ſuſtinet mortẽ hec lincoñ.

Quãuis.n.in virtuoſo moriẽte ſit triſtitia
ꝓpter amorẽ vite ⁊ amiſſionẽ eius ⁊ virtutis
tamẽ fortis in ſuſtinendo dolores ⁊ mortem
gaudet q̓ cõſiderat ꝙ mors eſt de neceſſitate
materie.⁊ ſuſtinet mortem ꝓp bonũ cõe ⁊ diui
num qđ eſt melius q̃ꝫ bonũ ſue vite. nec forte
eſt incõueniẽs ꝙ aliq̃s gaudeat de vno ⁊ tri-
ſtetur de alio. Sed nihil minus.ſed quam-
uis fortis triſtet̃ in morte tñ iſta triſtitia non
diminuit fortitudineꝫ.vñ cũ fortis ſuſtinet tri
ſtia fortitudo ſua non minuitur ſed magis au
gmentat̃: q̓ bonũ qđ fortis eligit in ſuſtinẽdo
triſtia ⁊ mortẽ in bello ẽ magis bonum q̃ꝫ illa
bona que moriendo amittit. vnde poteſt hec
poni cõcluſio ꝙ fortitudo fortis in ſuſtinẽdo
triſtia ⁊ mortem in bello non minuitur ſꝫ ma
gis augmentatur et hec eſt cõcluſio.60.⁊ pro-
batur ſic. virtus non minuitur ſed magis aug
mentatur cũ virtuoſus eligit maius bonũ p̃-
minoribus bonis.ſed bonũ qđ fortis eligit in
ſuſtinendo triſtitiã ⁊ mortẽ in bello ẽ maiꝰ bo-
num q̃ꝫ illa bona que moriẽdo amittit. igitur
fortitudo fortis in ſuſtinẽdo triſtia ⁊ mortẽ in
bello non minuitur ſed magis augmentatur.

Non vtiq̃ꝫ aũt in omnibꝰ.ex p̃dictis patꝫ ꝙ
nõ oĩs operatio ſꝫ virtutẽ ẽ delectabilis niſi in
quantũ virtuoſus finẽ attingit.nã opatio ſm̓
fortitudinẽ non ẽ delectabilis niſi inquãtum
fortis finẽ attingit.

**Milites** aũt nihil forſitan prohibet non tales eſſe optimos ſed
eos qui minus quidẽ fortes aliud aũt bonum
nullũ habẽtes:parati quidẽ.n.iſti ad pericu-
la ⁊ vitã ad parua lucra ꝑmutãt. De fortitudi
ne quidẽ igitur in tm̃ dictũ ſit. Quid aũt ẽ nõ
difficile typo accipere ex his que dicta ſunt.

Hec ẽ.4.pars huius capituli in qua ph̓s
excludit p̃dictas ꝓprietates fortitudiſ
a fortitudine militari ſimul epilogãdo dicta d̓
fortitudine.⁊ dicit p̃mo ꝙ nihil ꝓhibet aliq̃s
eſſe optimos milites qui non ſunt tales q̃les
deſcripſimus eſſe fortes.ſed forte illi qui ſunt
minus fortes hoc ẽ magis remoti a vera forti
tudine ſunt milites meliores nullũ aliđ bonũ
tꝑale habẽtes niſi quo vitã ſuſtentẽt. Iſti.n.
pro paruis lucris acquirẽdis quibus vitã ſu-
ſtinent audacter exponunt ſe bellorũ pericu
lis vſq̃ꝫ ad periculũ vite.vnđ iſti vitã ſuã quã
exponũt diſcrimini quodãmõ cõmutant ad
parua lucra.ſ.ſtipendioꝝ. Lincoñ dicit hic
ꝙ tales.ſ.pauperes milites ſtipẽdiarii vtilio
res ſunt q̃ꝫ alii milites his qui indigent mili-
tum adiutorio q̓ tales milites ñ de mľl expẽ
ſis faciũt ſalutẽ indigentiũ ip̃is. De fortitudi-
ne.hic epilogat dicens ꝙ de fortitudine in tm̃
ſit dictum.quid aũt ſit fortitudo nõ ẽ difficile
typo.i.figuraliter accipere ex his q̃ dicta ſunt

Ex predictis eniꝫ põt fortitudo ſic deſcribi
fortitudo eſt virtus medio modo ſe hñs ſꝫ rõ
nem rectã circa timores ⁊ audatias ꝓp bonuꝫ
ꝯẽ. Circa iſtã materiam de fortitudie ſũt.4.
dubia. Primũ ẽ vtrũ fortitudo ſit medietas i
ter timores ⁊ audatias. Scđꝫ ẽ vtrũ fortitudo
ſit tantum circa pericula mortis i bello Ter
tium dubiũ ẽ vtrũ fortis in ſuo actu triſtetur.
.4.dubium ẽ vtrum fortis debet eligere mori
ꝓ turpi vitãdo. Ad primũ dubiũ arguitur
ꝓbando ꝙ fortitudo non ẽ medietas iter au-
datias ⁊ timores nam in latitudine infinita ex
vtraq̃ꝫ pte nõ ẽ aliqđ mediũ nõ enim eſt vnuꝫ
magis iudicandũ medium q̃ꝫ aliud ſꝫ tam la-
titudo timoris q̃ꝫ latitudo audacie eſt ĩfinita
ergo non ẽ aliquod mediũ iter illas ⁊ per ꝯñs
fortitudo ñ ẽ mediũ ite r dictas paſſiões.maior
ẽ de ſe nota.⁊ minor appꝫ.quia aliquis põt ti-
mere in duplo plus q̃ꝫ oportet ⁊ in quadruplo
plus ⁊ ſic in infinitum Item pꝫ de audatia
quia aliquis põt audere in duplo plus q̃ꝫ optꝫ

⁊ in quadruplo. ⁊ ſic in infinitū. igiť ⁊c. Jteꝫ pcipuus actus fortitudinis eſt ſuſtinere picula mortis vt pꝫ ex dictis ſꝫ aliquis ex timore triſtitie vel pene ſuſtinet picula mortis iō timor magis cōueīt fortitudini q̃ ſibi oppoſitū ⁊ per ꝯñs timor non eſt vnū extremorū inter que fortitudo ē medietas. Jtem oīs virtus moralis que ē inter duas paſſiones ⁊ iter duo extrema q̄ꝝ vnū diť exceſſū ⁊ aliȯ dfectū. ſꝫ tā timor q̃ audacia diť exceſſū qꝛ ſic audatia diť exceſſū i audēdo ita timiditas diť exceſſū i timēdo ſic. n. aliq̄s pōt audere plus q̃ oporꝫ ita pōt aliq̄s timere plus q̃ oporꝫ. Jtē fortitudo eſt mediū inter timiditatē ⁊ non timiditatē. ſed vna virtus nō ē niſi medietas inter duo extrema. iō fortitudo nō ē medietas inť timores ⁊ audacias. Jn oppoſitū ē phs. Ad ſecūdū dubiū arguitur ꝓbādo ꝙ fortitudo ñ ē ſolū circa timores ⁊ pericula mortis in bello qꝛ oēs paſſiones opꝫ reduci ad mediū ꝑ aliquas virtutes. ſed nō ē dare aliā virtutē per quā timores alioꝝ malorū reducūtur ad mediū niſi per fortitudinē. ergo fortitudo ñ ē ſolū circa timores ⁊ pericula morti in bello. Jtē nulla virtus ē circa extremū. ſed mors ē malū in extremo. ergo virtus non ē circa mortem vel pericula mortis. ⁊ ꝑ ꝯñs fortitudo non eſt circa mortis pericula in bello. Cuius ꝯ̄rium videť phs ꝓbare in lr̄a. Ad tertiū dubium arguitur: ⁊ videť ꝙ fortis nō triſtať in ſuo actu ſꝫ magis delectať. qꝛ dicit phs 2° huiꝰ ꝙ ſignum generati habitus ē ſupueniēs delectatio opibꝰ: igitur ⁊c. cū fortis habeat habitum fortitudinis: videť ꝙ fortis delectatur in ſuo actu. Jteꝫ pmo huiꝰ dicit phs ꝙ vita eorū qui opantur ſecūdū virtutē eſt ſcōꝫ ſe delectabilis. ſicut n. non ē iuſtus qui nō gaudet iuſti opationibus ita nō ē fortis qui nō gaudꝫ fortis opationibꝰ. ğ forti in ſuo actu delectať ⁊ ñ triſtatur. Jtem delectatio cauſatur ex ꝯiunctiōe ꝯuenientis cū conuenienti vt pꝫ ex. 10. huius. ſed operatio cuiuſlibet habitus eſt conueniēs habitui. ergo opatio cuiuſlibet hītus ē delectabilis opanti cū ſit ſibi ꝯueniens. ergo opatio fortis eſt delectabilis forti ⁊ ꝑ ꝯñs fortis delectatur i ſuo actu. Oppoſitū diť phs in littera. Ad 4ᵐ dubiū ꝓbatur ꝙ fortis ñ debet eligere mori pro ꝑ ťpi vitando qꝛ forti nō oꝫ maiꝰ malum eligere ꝓ minori malo vitādo: ſꝫ maius malū ē pati morteꝫ q̃ cōmittere turpe. ergo non debet eligere mori ꝓ turpi vitādo. maior pꝫ de ſe ⁊ minor declaratur. quia ſi pati mortem non eſſet maius malum q̃ ꝯmittere turpe tunc aut ē minus malū aut equale ſi ſit malū equale: tunc accipitur aliqȯ magis turpe: ⁊ tunc pati mortem erit minus malum q̃ tantū turpe committere. ſꝫ loquitur de tali turpi quod eſt maius malum q̃ pati mortem ⁊ ſi ita ſitꝙ pati mortem ſit minus malū ſeqť ꝙ cōmittens turpe non poſſit ſufficienter puniri ꝓ ſuo delicto quod ē incōueniēs. ꝯſequētia pꝫ qꝛ cōmittens turpe non poteſt magis puniri q̃ patiendo mortē: ſꝫ patiēdo mortē nō tm̄ malū patitur quantū perpetrauit cū mors ſit minꝰ malū q̃ turpe ꝯmiſſum. ⁊ ꝑ ꝯñs nō pōt ſufficienter puniri qꝛ pena ſufficiēs dꝫ equiualere delicto cōmiſſo. Et ſi dicať ꝙ aliquod ſit turpe magis qȯ eſt malū q̃ pati mortem et aliud eſt turpe qȯ ē minus malū q̃ pati mortem. ⁊ de tali turpi quod eſt magis maluꝫ q̃ pati mortē cōcludit arguᵐ ſcilicet ꝙ pro tali turpi cōmiſſo non pōt cōmitēs ſufficiēter puniri in hac vita. ſed pro turpi qȯ ē minꝰ malū q̃ pati morteꝫ poteſt homo ſufficienter puniri

Contra ſi eſt aliquod turpe magis maluꝫ ⁊ aliud minus malū q̃ pati mortē tunc videtur ꝙ ſit aliud turpe qȯ eſt equale maluꝫ cuꝫ eo qȯ eſt pati mortē. ⁊ tunc ꝓpoſito tali turpi nō deberet fortis magis eligere mortē q̃ cōmittere tale turpe nec ecōuerſo cū vtrūq; ſit equaliter malū Jtē ſi ſit aliqȯ tale turpe qȯ forti citius debet eligere cōmittere q̃ pati morteꝫ tunc cōmittere tale turpe ꝓ maiori bono cōſequendo q̃ illud turpe ē malū vt pro ſaluāda vita vnius boni viri eſſet bonū ⁊ meritoriuꝫ igiť pari rōne cōmittere duplū turpe pro duplo bono cōſequēdo eſſet bonū ⁊ meritorium ⁊ ſic in infinitū ⁊ ſic quodcūq; turpe q̃tūcunq; malū foret in aliquo caſu cōmittēdū qȯ falſū eſt quia mortale peccatum in nullo caſu ē cōmittenduꝫ cuius oppoſitū vult philoſophus.

Ad pmuꝫ dubiū dicēdū eſt ꝙ fortitudo eſt medietas circa timores ⁊ audatias ⁊ magis ē circa timores q̃ circa audacias. pmū patet qꝛ ad fortitudinem pertinet firmare animum hoīs ne uoluntas eius per terribilia iminētia retrahatur a bono rōis. ſꝫ retrahere animum a bono rōis ꝑtinet ad timorē. quia timor iportat receſſum a malis nociuis ⁊ coruptiuis vt pꝫ ex. 2. rethorice ⁊ iō ad fortitudineꝫ pertinet cohibere timorē. ⁊ non ſolū oꝫ tollerare huiꝰi triſtia iminentia. ſꝫ oportet ipa aggredi ꝑꝑ aliquod bonum in poſterū ꝯſdū. ⁊ iō fortitudo ꝓprie eſt circa timorē ⁊ audaciaꝫ reprimendo timoreꝫ ⁊ audaciam moderando. Secūdo dico ꝙ fortitudo magis eſt circa timoreſ q̃ circa audacias: cuius rō eſt quia v̄tus eſt circa arduū ⁊ difficile vt pꝫ ꝑ phm. ⁊ iō circa illȯ qȯ ē difficilius ⁊ magis arduū ē fortitudo pricipalius. ſꝫ ſuſtinere mala eſt difficilius q̃ aggredi ipa. iō ſuſtinere mala magis pertinet ad fortitudieꝫ q̃ aggredi ipa. ſed timor ē in ſuſtinēdo triſtia ⁊ mala ⁊ audatia in aggrediēdo ipa. iō ⁊c. ꝙ aūt ſuſtinere mala ſit difficilius q̃ aggredi ipa patet qꝛ coīter illud qȯ aliquis ſuſtinet eſt a fortiori inuadente. Jnuadens. n. aggreditur per modum fortioris ſed difficiliꝰ ē ſuſtinere a fortiori q̃ inuadere minus forteꝫ. iō ⁊c.

de turpibus ſed de ſignis turpium vt patꝫ ex
ſecundo rethoꝛice ⁊ ſigna turpium poſſunt in
eſſe homini virtuoſo. Item verecundia eſt
paſſio laudabilis.ergo poteſt ineſſe homini v̄-
tuoſo. In oppoſitum eſt phyloſophus in lit
tera. Ad pꝛimum dubium dicendum ꝙ ve
recundia non eſt virtus loquendo pꝛopꝛie de
virtute.qđ poteſt pꝛobari tripliciter. pꝛio ſic.
virtus moꝛalis pꝛopꝛie accepta ē habitus ele
ctiuus.ſed verecundia nec eſt habitus nec ex
electione. ꝙ autem non ſit habitus apparet
quia eſt timoꝛ ingloꝛiationis.ſed omnis timoꝛ
eſt paſſio.ideo verecundia eſt paſſio:⁊ per con
ſequens non eſt habitus: nec operatur vere-
cundus ex electione ſed magis ex impetu paſ-
ſionis .ideo ⁊c̄. Scđo pꝛobatur idē ſic.omnis
virtus eſt ſimpliciter bonum ⁊ per ſe appetibi
le ⁊ honeſtum.ſed verecundia non eſt bonum
ſimpliciter quia non conuenit ei qui ē bonus:
ſed potius ei qui eſt malus ⁊ turpia operans:
nec ē verecundia per ſe appetibilis.quia nul-
lus appetit verecundari.ergo ⁊c̄.Tertio ꝓba
tur ſic.omnis operatio virtutis eſt in poteſta-
te comparantis ſecundum virtutem:ſed vere
cundari non eſt in libera poteſtate verecūdan
tis.ideo ⁊c̄. Ad pꝛimum incontrarium pōt
dici ꝙ ſtupoꝛ qui eſt paſſio vitupabilis ⁊ ſimi-
liter inverecundia non ſunt habitus vicio-
ſi. Uel poteſt dici ꝙ ſi ſtupoꝛ ⁊ iuerecūdia
ſint habitus vicioſi opponuntur alicui virtu-
ti: ⁊ etiam opponuntur verecundie .vnde licꝫ
omne vicium opponatur alicui virtuti non ta
men opoꝛtet ꝓpter hoc ꝙ omne illud cui oppo
nitur directe vicium ſit virtus:cuiꝰ ratio ē:qꝛ
bonum ē ex integra cauſa ⁊ malum pꝛouenit
ex ſingulis defectibus.⁊ ideo quilibet defectꝰ
cauſat vicium:ſed non omne bonum ſufficit
ad perfectam rationem virtutis. vnde ſtupoꝛ
⁊ inuerecundia opponuntur verecundie non
tanq̄ꝫ virtuti ſed tanq̄ꝫ paſſioni laudabili
Ad aliud dicendum ꝙ non ſequitur vere-
cundia conſiſtit in medio.ergo ē v̄tus qꝛ plus
reqritur ad perfectam rōnem v̄tutis q̄ꝫ eē in
medio:quia requiritur ꝙ ſit habitus electiuꝰ
qđ non competit verecūdie. Ad ſecūdū du
bium dicēdū ē ꝙ quia cā verecundie ē turpe
cōmiſſum .ideo cui non competit turpe cōmit
tere ei non competit verecundia ꝓpꝛie ⁊ ſtric
te loquendo.ſed virtuoſo non competit ꝯmit
tere turpe.ideo virtuoſo non ineſt verecūdia:
tñ v̄tuoſus ē ſic diſpoſitus ꝙ ſi ei ineēt aliqđ
turpe de h̄ verecūdaret̄.⁊ iđ dic̄ phs v̄ecūdū
eē ex ſuppōne ſtudioſum.qꝛ ſtudioſus ſi opare
tur turpia verecūdaret̄.verūtamē lꝫ v̄tuoſo
nō inſit verecūdia ꝓpꝛie que ē timoꝛ ingloꝛia
tionis ſui ꝓpter turpe commiſſum ab ipō.ſi tñ
verecūdia accipiatur largiꝰ ꝓ timoꝛe ingloꝛia
tionis ſui vel ſuoꝝ ꝓpter turpe ꝯmiſſū a ſe vl̄
ab aliquo ſuoꝝ ſic pōt v̄tuoſo ineē verecūdia
quia ſtudioſus vidēs patrē ſuū vel fratrē du
ci ad ſuſpendendū ꝓpter furtum ab eo cōmiſ
ſum verecūdatur qꝛ timet ꝑꝑ hoc ingloꝛiatio
nem ſui.ſic igit̄ debet intelligi vt mihi videtur
ꝙ virtuoſo nō ineſt verecūdia.ſ.ꝓ turpi facto
ſuo ⁊ nō plus pꝛobat phus.Ad pꝛimum in cō
trarium dicendum ꝙ v̄tuoſus ſ̄m ꝙ v̄tuoſus
nō timet infamiam ⁊ ſi iferātur ſibi oppꝛobꝛia
quoꝛum non ē dignus ea equo animo ſuffert
eo ꝙ talibus non eſt dignus. ideo de his non
verecundatur nec dolet niſi foꝛte ſit aliquis
motus verecundie pꝛeueniens rationem. Ad
aliud dicendum ꝙ uirtuoſos nō iſunt turpia
nec ſigna turpium quia virtuoſus non ſolum
abſtinet a turpibus ſecūdum veritateꝫ ſed ēt
a turpibus ſecūdum opinionē.Ad tertium di
cendum eſt ꝙ verecundia nō eſt paſſio ſimplici
ter laudabilis ſed ſolum ex ſuppoſitiōne : vt
ſi ſit aliquod turpe perpetratū uel perpetran-
dū a quo verecūdia retrahit. vnde omne lau-
dabile ſimpliciter pōt ineſſe virtuoſo ſed nō
oꝫ.ꝙ laudabile ſub ꝯditōe iſit v̄tuoſo ergo ⁊c̄.

**Liberalis** laudatur non i bel
licis neqꝫ in qbus
temperatus neqꝫ indiuiꝰs . ſed circa
dationem pecuniarum ⁊ ſumptionem magis
tamen in datione pecunias dicimus omnia q̄
rumcunqꝫ dignitas nūmiſmate menſuratur.
Incontinentes pꝛodigos vocamus ꝓpter qđ
pꝛauiſſimi videntur:multas enim ſimul mali
cias habent.non autem ꝓpꝛie appellantur in
continentes.Uult enim ꝓdigus eſſe qui vnū
aliqđ maluꝫ habet ſcilicet coꝛrumpere ſubſtā
tiam:pꝛodigus autem qui ꝓpter ſe ipſum pꝛo-
ditus. Quoꝛum enim vtilitas aliqua ē his
vti ⁊ bene ⁊ male vſus autem pecuniarum vi
detur ſumptus ⁊ datio acceptio autem ⁊ cuſto
dia poſſeſſio magis. Uirtus ē bene facere ma-
gis q̄ꝫ bene pati: ⁊ bona operari magis q̄ꝫ tur-
pia non operari.Amantur enim fere maxime
liberales eoꝛum qui in virtute vtiles enim h̄
autem in datione.Liberalis vehementer ſu-
perabundat in datione vt derelinquat ſibi ip
ſi minoꝛa.Non enim in multitudine datoꝛum
qđ liberale ſed magis in dantis habitu.libera
lioꝛes eſſe vidētur accipientes ſubſtantiā ab
aliys inexperti indigentie ⁊ omnes diligunt
magis ſua opera vt parentes ⁊ poete. Ditari
non facile liberalem ꝓpter qđ homines accu-
ſant foꝛtunam quoniam maxime digni exiſtē-
tes nequaq̄ꝫ ditantur. Contigit hoc nō irrō
nabilr̄.non eni poſſibile pecunias habere non
curantem vt habeat quemadmodum neqꝫ in
aliys.Tirannos non dicimus pꝛodigos multi
tudo enim poſſeſſionis non videtur facile eſſe
dationibus ⁊ conſumptōnibus ſuperabunda
re ideſt non facile vt in dando ⁊ expendendo
ſuperabundent pꝛopoꝛtionem pꝛopꝛiarum di-
uitiarum.Decenti dationi ſequitur decens ac
ceptio.Si contingat liberalem pꝛeter optimū
⁊ bene conſumere triſtabitur moderate vt opꝫ
liberalis magis eſt grauatus ſi quod opoꝛtet
non conſumpſit q̄ꝫ triſtatus ſi non opoꝛtunum
aliquid conſūpſerit. Pꝛodigalitas in dando ⁊
non accipiendo ſuperabundat accipiendo aūt
deficit illiberalitas in dando deficit in accipiē
do vero ſuperabūdat.Que pꝛodigalitates nō
multum coaugeātur non enim facile ex nulla
parte accipienteꝫ omnibus dare pꝛodigus nō
paruo melioꝛ ē illiberalis bene ē enim ſanabi
lis ⁊ ab etate ⁊ ab egeſtate.Pꝛodigus eni non
videtur pꝛauus ſecūdum moꝛem non eni ma
li neqꝫ inuiriles ſuperabundare dantem ⁊ nō
accipienteꝫ . inſipiētiſ auteꝫ.Pꝛodigus amat
multos illiberalis nullum neqꝫ ſeipſum.mul
ti pꝛodigi accipiunt vnde non opoꝛtet ⁊ ſunt
ſecundum hoc illiberales. Multi ſunt modi
illiberales vt patet in textu manifeſte. Vide
tur autem vtiqꝫ.magnificentia non quēadmo
dum liberalitas extenditur circa omnes que
in pecuniys ſunt operationes . ſed circa ſump
tuoſas ſolum.In his.i.ſūptuoſis ſup extollit
liberalem magnitudine quemadmodum no
men ipſum ſubſignant:in magnitudine enim
decens ſumptuoſitas eſt magnitudo ad aliqd
ē decens vtiqꝫ ad ipſum ⁊ in quo ⁊ circa que
magnificus liberalis . liberalis autem nihil
magis magnificus. magnificus ſcienti aſſimi
latur magnifici ſumptus magni ⁊ decentes ta
lia vtiqꝫ ⁊ opera . Opus quidem ſumptum di
gnum opoꝛtet eſſe:ſumptum autem opere vl̄
⁊ ſuperabundare ratiocinꝰ diligentia paruifi
ca neceſſarium ē liberalem magnificum eſſe.
non eſt eadem virtus poſſeſſionis ⁊ operis.po
ſeſſionis quidem virtus ꝙ plurimo ē dignum
⁊ honoꝛabiliſſimum:puta aurum operis autē
magnum ⁊ bonum ⁊ mirabile . opoꝛtet magni
ficum āmirabilem eſſe ⁊ ē operis virtus .opoꝛ
tet non ſolum opus eſſe decens ⁊ magnum ſꝫ
⁊ ad facientem decere honoꝛabilia ſumptuū
ſunt que circa diuina vt circa preparationes
templorum ⁊ ſacrificia ⁊ que ad commune vt
ꝑncipi largiri vel conuiuare ciuitateꝫ.Inops
non erit magnificus.non enim ſunt a quibus
multa conſumet decenter temtans aut inci-
piens . Et cōſumet i his que ſemel fiunt puta
nuptie ⁊ ſi quod tale circa que tota ciuitas
ſtudet uel qui in dignitatibus ⁊ peregrinis.
Magnificus non eſt ſumptuoſus in ſe ipſum
ſed in comunia. Dona magnifici deo ſacrata
hēnt ſimile.Differt autem opere magnum ab
eo quod eſt in ſumptu.ſpera pulcherrima ma
gnificētiā hꝫ puerilis doni huius aūt pꝛeciuꝫ
paruum ⁊ illiberale:Banauſus in conſumen
do ſuperhabundat dando hyſtrionibus ⁊ qui
bus non opoꝛtet ⁊ veſtiens purpuram oſten-
tans diuitias ⁊ pꝛopter hoc eſtimant āmirari
Vbi opoꝛtet multa conſumere pauca ꝯſumēs
vbi autem pauca multa. Paruificꝰ circa om
nia deficit ⁊ maxima conſumens in paruo bo
num ideſt virtutem perdit.Paruificuſ eſt tar
dans quecunqꝫ faciet intendens qualiter mi
mum conſumat ⁊ triſtatus ⁊ omnia eſtimans
maioꝛa facere q̄ꝫ opoꝛtet. Hi habitus extremi
ſunt malitie ſed non inferunt oppꝛobꝛia cum
non ſint nociua pꝛoximis nec ſunt valde tur-
pes. (Magnanimitas aūt) Magnanimꝰ ē q
magnis ſe ipſū dignificat dignꝰ exiſtens q eiꝫ

ꝑuis dignus ⁊ his ſignificat ſe temperatus ē
magnanimus autem non. In magnitudine
enim magnanimitas quēadmodum ⁊ pulchri
tudo in magno corpore. parui autem formoſi
⁊ cōmenſurati pulcher autē nō. Qui autē ma
gnis ſeipſum dignum facit indignus exiſtens
caymus. Qui autem minoribus q̄ꝫ ē dign⁹ pu
ſillanimus. Eſt autem magnanimus magnitu
dine extremus. eo autem vt oportet medius.
Dignitas autem dicitur ad ea que exteri⁹ bo
na maxime ponemus qđ dijs attribuimus et
qđ maxime deſiderant qui in dignitate: ⁊ ꝙ in
optimis premium tale aūt honor. Honor eniꝫ
ē maximum eorum que exterius ſunt bonorū
Puſillanimus deficit ⁊ ad ſeipſum ⁊ ad mag
nanimi dignitatem. Caymus vero ⁊ ad ſeip
ſum ſuperabundat nō tamen ad magnanimū
videtur eſſe magnanimi. ⁊ ꝙ vnaqueqꝫ virtu
te magnum virtutis premium honor ⁊ attri
buitur bonis. magnanimitas autem videtur
eſſe quidam ornatus virtutum maiores enim
ipſas facit ⁊ non fit ſine illis. Magnanimus
a ſtudioſis honoratus moderate delectabitur
vt proprium adipiſcens vel ⁊ minora virtute
enim perfecte non fiet dignus honor ſed tamē
magnanimus ad hec recipiet ⁊ non habendo
ipſos maiora ipſi tribuere. magnanimus ma
xime eſt circa honores ad hec circa diuitias ⁊
potentatus ⁊ omnem fortunam ⁊ infortuniuꝫ
moderate habebit. Neqꝫ bene fortunatus gau
dioſus erit neqꝫ infortunatus triſtis neqꝫ eniꝫ
circa honorem: ita habet vt maximum enſ. po
tentatus ⁊ diuitie propter honorem ſunt deſi
derabilia cui autem honor paruum ē huic et
alia propter qđ ⁊ defectores videntur eſſe. vi
dentur bone fortune conferre ad magnanimi
tatem. Secūdum veritatem autem ſolus bo
nus honorandus eſt. Qui ſine virtute bona
fortune habēt: nec iuſte magnis ſe ipſos digni
ficant neqꝫ recte magnanimi dicuntur. Sine
virtute non eſt facile ferre moderate bonas
fortunas. Magnanimi videntur ī memoria
habere eos quibus bene fecerunt. eos autem
a quibus bene paſſi fuerunt non. Minor eſt
qui patitur bene eos qui facit vult autem ſu
per excellere. Neceſſarium ē magnanimū eſſe
manifeſtum oditorem ⁊ manifeſtum amatorē
latere timidi eſt. Deficiens puſillanimus ſu
perabundans autem caymus non mali vidē
tur eſſe hij non enim malefactores ſunt peccā
tes autem. Puſillanimus dignus ē exiſtens
bonis ſeipſum priuat quibus dignus ē. vide
tur enim ignorare ſe ipſum: ſi eni ſciret appete
ret bona quibus dignus erat. Puſillanimus
non videtur inſipiens ſed magis piger. Neſciē
tes ſuam bonitatem diſcedunt ab operatio
nibus bonis ⁊ ad inuentionibus vt digni exi
ſtentes. ſimiliter autem ⁊ ab exterioribus bo
nis. Caymi ſunt inſipientes ⁊ ſe ipſos igno
rantes vt enim digni exiſtentes ad honorabi
lia conantur deinde redarguuntur. Oppo
nitur magnanimitati puſillanimitas magis
q̄ꝫ caymotes: ⁊ ſic magis ⁊ deterius ē. videtur
autem ⁊ circa hanc. q̄ꝫad modum in acceptio
ne pecuniarum eſt medietas ⁊ ſuperabundan
tia ⁊ defectus: ita ⁊ in honoris appetitu magi
q̄ꝫ oportet ⁊ minus ⁊ vnde oportet ⁊ vt oportꝫ
Amatorem honoris quandoqꝫ laudamus ⁊ vi
rilem ⁊ amatorem boni. ⁊ quandoqꝫ vitupera
mus vt magis q̄ꝫ oportet etiam ſimilr: ⁊ non
amatorem honoris quandoqꝫ laudam⁹ ⁊ quā
doqꝫ vituperamus amatore honoris multipli
citer dicto non in idipſum ferimus. Innomia
ta exiſtente medietate vt deſerta videtur du
bia eſſe extrema. In quibus autem ē ſupera
bundantia ⁊ defectus ⁊ medium appetunt. n.
honorem ⁊ magis q̄ꝫ oportet ⁊ minus q̄ꝫ opor
tet ⁊ vt oportet. habitus medius circa honorē
laudatur. ſed innominatus exiſtens videtur
ad amorem honoris eſſe non amor honoris. ⁊
non amor ē honoris amor honoris. Māſuetu
do autꝫ. Manſuetudo ē quedam medietas
circa iras medio exiſtente innominato fere au
tem ⁊ extremis ad medium manſuetudinem
ferimus ad defectum declinantem. Supera
bundantia autem iracundia defectus autꝫ
inraſcibilitas. Non iraſci in quibus opor
tet inſipientis videtur eſſe. videtur enim non
ſentire neqꝫ triſtari. non iratus non ē vindica
tiuus. Iniuriantem ſuſtinere ⁊ familiares de
ſpicere ſeruile ē. Malum ſe ipſum deſtruit et
ſi integrum ſit importabile fit. Atrocoli ideſt
extremi in ira acuti ⁊ prompti ad iram quieſ
cunt velociter ⁊ optimum habent. Amari diffi
cile ſolubiles ⁊ multo tempore iraſcuntur ta
les ſūt ſibi ipſis moleſti ⁊ maxime amicis. Dif
ficiles qui non cōmutant iram ſine cruciatu ⁊
ſine punitione. Manſuetudini ſuperabundā
tiam magis opponimus ⁊ enim magis fit hu
manis enim magis punire ⁊ ad viuere diffici
les deteriores non ē facile determinare quali
ter quibus ⁊ in qualibet ⁊ inquanto tempore
eſt iraſcendum ⁊ vſquequo recte facit vel pec
cat. Qui parum tranſgreditur a medio non
vituperatur neqꝫ in magis neqꝫ in minus.

In colloquijs autem. Circa colloquia: ⁊ to
tum conuiuere ⁊ ſermonibus ⁊ rebus coīcare
hij placidi videntur omnia laudantes ⁊ ī nul
lo contradicentes eſtimātes ſine triſtitia opor
tere quibuſcunqꝫ eē. Quod econtrario omnia
contrariantes diſcoli ⁊ litigioſi vocantur ha
bitu medio innominato videtur maxime a
micitia eo ꝙ talis moderatus et delectabilis
eſt in conuiuere: vt amicus. Iſte habitus
medius differt ab amicitia eo ꝙ eſt ſine paſ
ſione diligendi eos quibus colloquitur.



Habens enim habitum medium non in a
mando vel amicando recipit ſingula vt opor
tet. ſed in eo ꝙ talis ē ſecundum habitum hīs
enim habitum medium ē ſm ſe ipm deſiderās
condelectare contriſtare aūt renuēs. Contin
gētibus āt ſi ſit maiora conſecutus. dico autē
bono ⁊ conferente ⁊ dilectōis gratia q̄ ī poſterꝫ
magno parum contriſtabit condelectans nul
lius gratia placidus que autem vtilitas, ſibi
fiat in pecuniam vel quecunqꝫ per pecunias
blanditor. Circa eadem fere. Iactator videtur
ſimulatiuus eſſe glorioſoꝝ non exiſtentium:
⁊ maiorum q̄ꝫ exiſtant. Eyron autem. econuer
ſo negare que exiſtūt vel minora facere. Me
dius autem exiſtens ⁊ verax ⁊ vita ⁊ ſermōe
exiſtentia confitens eſſe circa ipſum ⁊ nec ma
iora neqꝫ minora vnuquiſqꝫ qualis ē talia dic
⁊ operatur ⁊ ſic viuit ſi nō alicuius gratia ope
tur. Mendacium ſecundum ſe ē prauum ⁊ fu
giendum verum autem bonum ⁊ laudabile.

Non intendimus de veridico in confeſſio
nibus neqꝫ quecunqꝫ ad iuſticiam vel iniuſti
ciam contendunt ſed in quibus nullo tali dif
ferente in ſermone ⁊ vita verꝫ dicit eo ꝙ talis
ē ſecundum habitum in minus autem magis
a vero declinat. prudentius enim videtur ꝓꝓ
honeroſas ſuperabundantias eſſe: Iactator
nullius gratia vanus videtur magis q̄ꝫ ma
lus. Qui glorie gratia iactant talia fingunt in
quibuſ laus vel felicitas: q autꝫ gratia lucri
fingunt qđ ē lucro ꝓpinquius ⁊ que per tran
ſire eſt non exiſtentia: puta medicum vel diui
natorem. Iactator magis videtur opponi ve
ridico deterior eni ē. Exiſtente autem requie.
Qui in deriſione ſuperabundāt bomolochi vi
dentur eſſe ⁊ honeroſi deſiderantes omnino
riſum. Qui autꝫ nec ipſi dicūt aliqđ ridiculū
⁊ ſunt dicenti moleſti agrioli ⁊ duri videntur
eſſe. Moderate ludentes eutrapeli appellā
tur puta bene vertenteſ. Liberalis ludus dif
fert ab eo qui eſt ſeruilis ⁊ diſciplinati. Conui
cium contumelia quedam eſt. Bomolocus mi
nor eſt deriſore ⁊ nec a ſeipſo neqꝫ ab alijs rece
dens ſi riſum faciat ⁊ talia dicens quoruꝫ nl
lum diceret gratioſuꝫ quedam autem neqꝫ au
diet. videtur autem ⁊ requies ⁊ ludus in vi
ta eſſe neceſſarium. De verecundia autem. ve
recundia eſt quidam timor igloriationis ru
beſcunt verecundati mortem autem timētes
palleſcunt. Corporalia videntur vtraqꝫ ſcili
cet timor mortis ⁊ verecundia qđ videtur paſ
ſionis magis eſſe q̄ꝫ habitus. Non enim om
ni etati conuenit verecūdia ſed iuuenili. opor
tet enim tales verecundos eſſe eo ꝙ ſecūdum
paſſiones viuentes multuꝫ peccant a verecū
dia aūt prohibentur. Et iuueniles laudamus
verecundos ſenē nullus laudabit. quia vere
cundus nihil enim eſtimamus ipſum oportere
operari in quibus ē verecundia. neqꝫ ſtudioſo
ineſt verecundia. Verecundia erit ex ſuppoſi
tōe ſtudioſū ſi operetur verecūdabitur: non ē
āt hoc ſimpliciter ſed ſub conditōne circa vtu
tes. Continentia non ē virtus: ſed quedam
mixta. Dicamus autem deinceps. Liberali
tas eſt medietas circa pecunias. Prodi
galitas ⁊ illiberalitas ſunt circa pecunias.
Diuicijs cōtingit bene ⁊ male vti ipſius libe
ralis magis eſt dare vbi opportet quā accipe
re vñ opportet ⁊ non accipere vnde non oppor
tet: liberalis dat boni gratia ⁊ ratione quibus
oportet ⁊ quando oportet. ⁊ ſic de alijs circun
ſtantijs. Datio liberalis decebit eſſe delectabi
lis vl ſine triſtitia: ille qui dat cum triſtitia nō
ē liberalis. liberalis non accipit vnde nō opor
tet: nec ē liberalis promptus ad petendum. il
li qui ſuſcipiunt diuitias ab alijs ſunt magi
liberales q̄ꝫ illi qui eas proprio labore acqui
runt. Non ē facile liberalem ditari liberalis:
⁊ in accipiendo obſeruat quecunqꝫ in accipien
do oportet obſeruari. Prodigus ē melior illibe
rali. Prodigus non videtur eſſe multum pra
uus. vicium illiberalitatis ē inſanabile. illibe
ralitas magis opponitur liberalitati q̄ꝫ prodi
galitas. videtur autem vtiqꝫ. magnificētia et
liberalitas differunt q̄ꝫtum ad materiam. ma
gnificus non debet eſſe diligens in computa
tione expenſarum. Neceſſe ē magnificum eſſe
liberalem. Ad magnificum pertinet facere ma
gnum opus ex magnis ſumptibus. Inops au
tem non ē magnificus viros nobiles genere ⁊
indignitatibus conſtitutos ⁊ habentes mag
nas diuitias decet facere ſūptus magnificos.
habitus oppoſiti magnificentie ſunt malitie.
habitus oppoſiti magnificentie non ſūt oppro
brioſi. Magnanimitas autem circa magna.
Magnanimitas ē circa magna. magnanimi
tas ē maxime circa honores. Magnanimitas
non ē ſine alijs virtutibus. magnanitas ē qui
dam ornatus omniū virtutum. Difficile ē eē
vere magnanimum. magnanimus bene ſe hē
bit circa omnia bona fortune ⁊ infortūia que
ſibi accidunt. magnanimus magis habꝫ ī me
moria eos quibus bene fecit q̄ꝫ eos a quib⁹ be
ne paſſus ē. Ad magnanimū pertinet vt ſe ma
gnuꝫ ⁊ honorabilem exhibeat ad illos qui ſūt
in dignitate ⁊ excellentia bonorum fortune et
ad mediocres mediocriter. Neceſſarium ē ꝙ
magnanimus ſit manifeſtus amicus ⁊ manife
ſtus inimicus. Ad magnanimū pertinet ꝙ ma
nifeſte loquatur ⁊ operetur. magnanim⁹ non ē
prompt⁹ ad ad mirandū. magnanimus non ē
memor mali qđ paſſus ē. Motus magnanimi
ē grauis ideſt lentus ⁊ vox eius grauis ⁊ locu
tio ſtabil. Puſillanimitaſ magi oppōit magna
nimitati q̄ꝫ caymotes. vr āt ⁊ circa hūc. ēē me
diocres honores ſꝫ medietates ⁊ ſuꝑabūdātie

⁊ defectus. Circa honores mediocres ē mediũ
laudabile. Manſuetudo autem quedam me
dietas. Defectus ire quandoqꝫ vituperabilis
ſuperabundantia ire magis opponit̄ manſue
tudini ꝙ̄ defectus. Jn colloquijs autē ⁊ cõui
uere, medius autē habitus circa dicta ⁊ facta
homī ē laudabilis. Circa eadem fere. verax q
ē medius ē laudabilis ⁊ iactator ⁊ eyron ſūt vi
tuperabiles. Uerax ſi declinat a vero magis
eligit declinare ad minus ꝙ̄ ad maius. Eyro
nes qui minus dicunt de ſe ipis ꝙ̄ ſic ſunt mi
nus vituꝑabiles ꝙ̄ iactatores. Jactantia ma
gis opponitur veritati ꝙ̄ eyronia. Exñte autē
requie. Circa ludos pōt eſſe virtus ⁊ vicium.
Ad hāc autem virtutem circa ludos ꝑtinet decen
tia in ludo dicere ⁊ audire bomolocꝰ minor h
ē minus malus deriſore agrios. i. agreſtis ē vi
cioſꝰ. De verecūdia āt. verecūdia ē paſſio. Ju
uenili etati conuenit verecundia. Etati ſenili
non cõuenit verecūdia. Homini virtuoſo nō
ꝯuenit verecūdia.  Jncipiunt qõnes. 5. libri.

Quid ē iuſticia mouet̄ ⁊ ſoluitur
tractatu ꝑmo capitulo ꝑmo. ꝙ iuſticia
ē habitus a quo hoīes ſūt operatiui iuſtoꝝ ⁊ a
quo iuſta operantur ⁊ a quo volunt iuſta fieri.
Utrum ꝑter iuſtitiam moralem que ē cōis v
tus ſit alia iuſtitia que ē particularis virtus
Monetur ⁊ ſoluitur tractatu ꝑmo capitulo. 2.
quia preter iuſtitiam liberalem alia ē iuſtitia
ꝑticularis. ſed maricia ⁊ iuſtitia legalis ē eſſe
ſine maricia. vtrum ſit tantum vna ſpēs iuſti
tie ꝑticularis. monetur ⁊ ſoluitur tractatu pri
mo caplo. 2°. ꝙ ſunt due ſpēs iuſticie ꝑticularis
vna diſtributiua que ē circa diſtributõnes bo
noꝝ coīum inter eos qui coīcant coīcatione ci
uili ⁊ alia cõmutatiua q̄ ꝯſtituit rectitudinem
⁊ equalitatem in coīcationibꝰ. ſm quas tranſ
fertur aliquid de vna perſona in aliā. vtrū iu
ſtuꝫ ſimplr̄ ſit idem qḋ cõtra paſſuꝫ. mouetur
⁊ ſoluitur tractatu pīo caplo q̄nto. ꝙ circa di
ſtributiuum iuſtū contra paſſū non hēt locum
ſed in ꝯmutationibus oꝫ cõtra paſſum fieri ſe
cūdū ꝓportiõabilitatē ⁊ ñ ſcḋꝫ equalitatē. Se
cūdum quales iuſtificatõnes ſit aliquis iuſtꝰ
⁊ iniuſtus ⁊ ſm quales non mouetur tractatu
ſcḋo caplo pīo ⁊ ſoluitur caplo ſcḋo ꝙ ſcḋm iu
ſtificationes ⁊ iniuſtificatõnes que fiūt ꝑpter
paſſiones non ſit aliquis iuſtus vl̄ iniuſtꝰ. ſed
ſolum ſcḋm illas que fiunt ſm electionē vtruꝫ
aliquis paciatur iniuſtum volēs monet̄ ⁊ ſol
uitur tractatu ſcḋo caplo 3°. ꝙ non vt pꝫ ex diſ
finitõne eius qḋ ē iniuſtū facere qḋ eſt nocere
alicui ꝑter voluntateꝫ leſi ⁊ nullus pōt volēs
quid pati ꝯtra ſui voluntatē. vtrū circa digni
tates ille qui plus dat ꝙ̄ eſt dignum ſit iniu
ſtus. vel ille qui plus recipit ꝙ̄ ſit dignum. mo
uetur ⁊ ſoluitur tractatu. 2. caplo. 4. ꝙ ille q
dat ꝑter dignitatē ē iniuſtus. An neceſſe ſit eē
aliquid directiuum iuſti legalis. monet̄ ⁊ ſol
uitur ꝑte ſcḋa caplo de epychia ꝙ ſic. quia iu
ſtum legale in quibuſdā caſibus deficit. iō idi
get directiuo. vtrum aliquis poſſit ſibi bene ī
iuſtum facere. mouetur ⁊ ſoluitur ꝑte. 4. capi
tulo vltīo totiꝰ libri. ꝙ non cõuenit aliquē ſibi
ipi iniuſtū facere q2 ſic eēt paſſus iniuſtum vo
lens ⁊ nolens.

De iuſticia autē. Liber q̄ntus ꝯtinꝫ
tres ꝑtes principales. Jn pīa de
terminatur de iuſticia ꝓprie acce
pta. Jn ſcḋa ibi. de epychia. deter
minatur de quadā ꝟtute que ē cõmunis iuſti
cie directiua. Jn tertia ꝑte ibi. vtrum āt conti
gat. determinatur de iuſticia methaphorice di
cta. Prima pars continet duos tractatus. Jn
pīo determinat̄ de iuſticia legali in ꝑticulari
Jn ſcḋo ibi. quia autem ē iniuſtum facienteꝫ.
determinatur de iuſticia polytica ⁊ politico iu
ſto.  Tractatus primus ꝯtinꝫ q̄nqꝫ capitula
Jn primo determinatur de iuſticia in cõmuni
ipāꝫ deſcribēdo ⁊ diuidēdo ⁊ de vno membro
diuiſionis. ſ. de iuſticia legali. Jn ſcḋo capitulo
ibi. Querimus autē. determinatur de iuſticia
ꝑticulari in cõmuni ipām deſcribēdo ⁊ in ſpēs
diuidendo. ſ. iuſticiam diſtributiuaꝫ ⁊ iuſticiā
ꝯmutatiuā. Jn. 3. caplo ibi. dicitur autē ⁊ iniu
ſtus. oñditur qualiter accipitur ipm medium
in iuſticia diſtributiua. Jn. 4°. caplo ibi. Re
liqua autem. oñditur qualiter accipit̄ mediuꝫ
in iuſticia cõmutatiua. Jn. 5. caplo ibi. videnᷓ
autem q̄bus. excludit vnū errorem circa acce
ptionem medij iuſticie. Jn primo caplo ꝓpōit
eē determinandum de iuſticia ⁊ iniuſticia ſcili
cet circa quales operationes ſint ⁊ qualis me
dietas ē iuſticia ⁊ quorum extremorum ē me
dietas ⁊ deſcribit iuſticiā. ꝙ ē habitus a q̄ ſu
mus operatiui iuſtoꝝ a quo oꝑamur iuſta ⁊ a
quo volumus iuſta: ⁊ diuidit iuſticiam mora
lē ⁊ legalē ſimit̄ ðterminās ð iuſticia legali.

De iuſticia auteꝫ ⁊ iniuſticia intendendū: ⁊ cir
ca quales ſunt exñtes operationes ⁊ q̄
lis ē medietas iuſticia ⁊ iuſtum. quorū mediū
Jntentio āt nobis ſit ſm eandem methodum
his que dicta ſunt.

Jſtud ē capitulum primuꝫ libri. 5. Jn quo
incipit determinare de iuſticia ⁊ continet
quattuor ꝑtes principales. Pīo narrat de q̄ i
tendit quia de iuſticia ⁊ iniuſticia ⁊ que ſūt cõ
ſideranda circa iuſticiam ⁊ iniuſticiā. Jn ſcḋa
ibi. videmus vtiqꝫ oīs. ponit deſcriptionem
iuſticie ⁊ iniuſticie. Jn tertia parte ibi. ꝯñter
autem vt in multum. ponit̄ diō iuſticie ⁊ iniu
ſticie. Jn quarta parte ibi. quia autē illegalis.
determinatur de iuſticia legali. Jn primo igit̄



ꝑte narrat de quo intendit: quia de iuſticia et
iniuſticia. ſcḋo narrat que cõſiderāda ſūt cir
ca iuſticiā ⁊ iiuſticiā. ⁊ tertio narrat modū ſꝫ
quem tractandū eſt de ꝑdictis. ꝑmo igit̄ nar
rat de quo intendit. d. ꝙ intendendū ē de iu
ſticia ⁊ iiuſticia. ſcḋo narrat que ꝯſiderāda ſūt
circa iuſticiam ⁊ iniuſticiā. quoꝝ ꝑmū ē circa
q̄les operationes ſunt iuſticia ⁊ iniuſticia. ſe
cundum eſt qualis medietas ſit iuſticia ⁊ q̄le
mediū ē iuſtum. tertium ē inter que extrema
iuſticia eſt medietas. Jntelligendū ꝙ philoſo
phus proponit hic tria conſideranda: quia in
his tribus differt iuſticia a virtutibus prece
dentibus. ꝑ ꝑmū differt a virtutibꝰ ꝑcedētibꝰ
quia virtutes ⁊ vitia de quibus ſupra dictuꝫ
eſt ſunt circa paſſiones. Jn eis enim princi
paliter conſideratur qualiter homo interius
afficiatur ſm paſſiones: ſed quid exterius ope
ret̄ non conſideratur niſi ex conſequenti inq̄n
tum. ſ. exteriores operatões ex interioribꝰ paſ
ſionibus ꝓueniūt. ſed circa iuſticiam ⁊ iniuſti
ciam precipue attenditur quid homo exterius
operetur. qualiter autem afficiatur interiꝰ nō
conſideratur ex ꝯñti niſi per ſcḋm etiam diſ
fert iuſticia a virtutibus precedentibus: quia
in prehabitis virtutibus mediū ē mediū rõ
nis ⁊ non mediū rei. ſed iuſticia ē medium rei
igit̄. per tertium etiam differt iuſticia ab alijs
virtutibus: quia in virtutibus ꝑcedentibus
illud quod eſt medium eſt medium inter du
as malicias. iuſticia vero non ē medium inter
duas malicias: ſicut inferius oſtendetur. Jn
tentio autem. modus tractandi de iuſticia et
iniuſticia eſt ſm eandem artem ſm quam tra
ctabatur de ꝑcedentibus virtutibus. ſ. typo.
. i. figuraliter.

Uidemus vtiqꝫ omnes
talem hītum volentes dicere iuſticiam a quo
operatiui iuſtoꝝ ſunt ⁊ a quo iuſta operātur
⁊ volūt iuſta. Eodē āt mō ⁊ ð iiuſticia a q̄ ope
ratiui iniuſtoꝝ ſunt ⁊ a quo iiuſta faciūt: ⁊ vo
lunt iniuſta: ꝓpter quod et nobis ꝑmum ut in
typo ſupponāt̄ hec: neqꝫ. n. eūḋ hꝫ modū ⁊ i ſci
entijs ⁊ in potentijs ⁊ in habitibus. Potentia
quidem enim ⁊ ſcientia videntur contrarioꝝ
eadem eſſe. habitus autem contrarius contra
rioꝝ: utputa a ſanitate non fiūt contraria: ſed
ſana ſolū. dicimus enī ſane ambulare quando
ambulat vt vtiqꝫ ſanus exiſtens. Multoties
quidem igitur cognoſcitur contrarius habitꝰ
a contrario. multotiens autem habitus a ſub
iectis. Si. n. ē manifeſta euexia ⁊ kakexia ma
nifeſta fit. ⁊ ex bene habitibꝰ ē euexia. ⁊ ex hac
bene habentia. Si. n. eſt euexia denſitas car
nis: neceſſariū ⁊ cachexiā eſſe raritatem carnis
⁊ bene habens factiuum denſitatis in carne.

Hec eſt ſecunda pars in qua philoſophus
notificat iuſticiam ⁊ iniuſticiam in cõmuni et
oſtendit notificationem eſſe conuenientem et
dicit ꝙ omnes videntur dicere ꝙ iuſticia ē ta
lis habitus per quem tria cauſantur in homi
ne. ſ. inclinatio ad opus iuſtum ſm quam incli
nationem homo dicitur operatiuus iuſtorum
ſcḋm ē operatio iuſta. tertium ē ꝙ homo velit
iuſta operari. ⁊ eodem modo ē dicenduꝫ de in
iuſticia ꝙ ē habitus a quo homines ſunt ope
ratiui iniuſtorum ⁊ operantur iniuſta ⁊ volūt
iniuſta operari. ⁊ hoc ē nobis ꝑmo de iuſticia
⁊ iniuſticia ſupponendū. Jntelligēdū ē ꝙ phi
loſophus notificat iuſticiam per voluntatem
quia iuſticia ē in voluntate ſicut in ſubiecto ī
qua non ſunt virtutes que ſunt circa paſſiões
ut dictum eſt in fine primi libri. Neqꝫ enim eū
dē habet modum. ꝙ autem iuſticia bene noti
ficetur per hoc ꝙ per ipſam operamur iuſta et
volumus iuſta operari ⁊ iniuſticia ꝑ hoc ꝙ ꝑ
ipſam operamur iniuſta: ⁊ volumꝰ iniuſta ope
rari. pꝫ ꝑ hoc ꝙ idem habitus non ē amboruꝫ
contrariorum: ſed vnius tantum. ⁊ ideo iuſti
cia notificat̄ per vnum contrariorum. ſ. ꝑ ope
rari iuſta ⁊ velle iuſta: quia per iuſticiam nec
operamur iniuſta: nec volumus. ⁊ eoḋ mō eſt
de iniuſticia. ſ. q2 pōt in vnum contrarioꝝ tā
tum: puta iniuſta operari ⁊ velle. Dicit ḡ phi
loſophus ꝙ non eodem modo ſe habet in habi
tibus ſicut in ſcientijs ⁊ in potentijs. nam con
traria pertinent ad eandem potentiam: ſicut al
bum ⁊ nigrum ad viſum. ⁊ ad eandem ſciētiā
pertinent contraria: ſicut ſanum ⁊ egrum ad
medicinam. ſed habitus contrarius. i. habitꝰ
ē vnius contrariorum tantum non ſe habꝫ ad
cõtraria: ſꝫ ad vnū contrariorū tm̄: ⁊ ponit ex
emplum de habitibus corporalibus: quia a ſa
nitate non ꝓcedunt ea que ſunt contraria ſa
nitati: ſed ſolum ea que conueniunt ſanitati.
a ſanitate enim ē ꝙ aliquis ſane ambulet. ſa
ne autem ambulat aliquis quando ita ambu
lat ſicut ille qui ē ſanus. ſic igitur cuꝫ iuſticia
⁊ iniuſticia ſint habitꝰ bene deſcribitur vtrū
qꝫ per vnum contrariorum ut iuſticia per iu
ſta operari: ⁊ velle ⁊ iiuſticia per iiuſta opera
ri ⁊ velle. Sꝫ hic dubitatur ⁊ videtur ꝙ idē
ſit habitus contrariorum: quia temperantia ē
circa delectationes ⁊ triſtitias corporales que
ſunt contraria. ⁊ fortitudo circa timores ⁊ au
dacias que etiam ſunt contraria. Jtem ſciētia
eadem ē contrariorum: ut dicit philoſophus
ſed ſcientia ē habitus. igitur idem habitus eſt
contrariorum. Dicendum ē ꝙ aliquid pōt di
ci eſſe contrariorū dupliciter. vno mō paſſiue
ſiue obiectiue. alio modo actiue: quia ſcꝫ hēt
operationes contrarias. dico ergo ꝙ potentia
paſſiua ⁊ ſcientia ſunt contrariorum paſſiue ⁊
obiectiue: quia eadem ē potentia paſſiua ⁊ ꝑ
ſe receptiua contrariorum: ⁊ etiam eadem eſt

ſcientia contrarioꝝ obiectoꝝ vt medicina ſani ⁊ egri.ſed non ē eadem ſcientia vel potentia ꝑ ſe appetitiua contrarioꝝ ſeu actus contrarios habens.ſcientia enim ſm ꝙ eſt habitus habꝫ tantum vnum actum qui ē cognoſcere veritatem non habet actum contrarium.ſ.errorē cōtrarium cognitōi veritatis.vnde potentia paſſiua ē per ſe contrariorum ⁊ ſcientia ſm ꝙ hꝫ rōnem virtutis paſſiue:vt ſm ꝙ referṫ ad ſcibile ē per ſe contrarioꝝ: quia per ſe cognoſcit contraria.ſed habitus morales eo ꝙ non hñt rōnem potentie paſſiue:ſed magis actiue:cuꝫ ſint ꝑncipia effectiua opationum nō dicūtur eē ꝯrioꝝ quia eadem potentia actiua ſm ꝙ huiꝰ non eſt contrariorum.vnius tamen idem habitus eſt cōtrariorum obiectiue vt tēperantia ē circa delectactōnes ⁊ triſticias ⁊ fortitudo circa timores ⁊ audacias ſicut argutum eſt. Per hoc patet ad inſtācias cōcedenduꝫ.n.eſt ꝙ idē habitus moralis eſt contrarioꝝ actiue qꝛ non habet opationes cōtrarias ⁊ etiam concedendum eſt ꝙ ſcientia eſt cōtrariorūꝫ obiectiue vt dictum eſt.⁊ ſciētia ſic cōſiderata hꝫ rationem virtutis paſſiue ⁊ habitus moralis ſm ꝙ huiꝰ habet rationeꝫ actiu̇ vnde breuiter qꝺ habet rationem actiui ſm ꝙ huius non eſt pſe cōtrarioꝝ ſed ꝙ habet rationem paſſiui ſm ꝙ huiꝰ poteſt eſſe ⁊ eſt per ſe contrarioꝝ. Multotiēs quidem.⁊ quia contrarīu habitus ſunt contrarioꝝ.⁊ vnum contrarioꝝ eſt principiū cognoſcendi reliquum.ideo dicit philoſophus ꝙ mł totiens vnus habitus contrarius cognoſciṫ per alium ſibi contrarium.⁊ multotiēs cognoſcitur habitus per ſubiectum in quo eſt: verbi gratia euechia ē bona diſpoſitio corporis .⁊ cachetia ē mala diſpoſitio corporis nunc ſi euechia ſit manifeſta ⁊ bene cognita ꝑ hoc cachetia fit manifeſta ⁊ cognita:⁊ ita cognoſciṫ aliquando vnus habitus per alium ſibi contrarium ſeu oppoſituꝫ.Ex ſubiectis etiam cognoſcimꝰ habitus:verbi gratia: euechia qñqꝫ cognoſcitur ex his que faciunt hominem bene ſe habere:verbi gratia euechia requirit ſ.biectū habens carnes bene denſas:⁊ per denſitatem carniuꝫ cognoſcitur euechia.⁊ idem cachetia cognoſcitur per raritatem carnis.vnde denſitas i carne facit ꝙ homo bene ſe habꝫ ⁊ rareſactiuum carnis facit ꝙ homo male ſe habet.

**Conſequitur aūt vt in** multū ſi alterū multipliciter diciṫ:⁊ reliquuꝫ multipliciter dici:puta ſi iuſtum ⁊ iniuſtū. videtur autem multipliciter dici iuſticia ⁊ iniuſticia.ſꝫ ꝑpter ꝑpinqua eſſe equiuocatōes ipa rum latet.⁊ non queadmodū in his que de lōge manifeſta magis.differentia enim multa q̄ ſm ydeam:puta quoniā vocatur clauis equiuoce:⁊ que ſub collo animalium: ⁊ qua hoſtia claudunt. Sumaṫ autem iniuſtus quotiens dicitur. videtur autem illegalis iniuſtus eſſe ⁊ auarus ⁊ inequalis.quare manifeſtum quoniam ⁊ iniuſtus erit:⁊ legalis et equalis. Iuſtum quidem igitur ⁊ legale ⁊ equale:iniuſtuꝫ autem āt illegale ⁊ inequale. Quia autem auarus iniuſtus circa bona erit non omnia: ſꝫ circa quecunqꝫ bona fortune ⁊ infortuniuꝫ. Que ſunt autem ſimpliciter bona ſemper alicui āt non ſemper.homines autem hec orant et perſequuntur.opoꝛtet autem non: ſed orare quꝺ bona ſimpliciter:⁊ ipſis bona eſſe. eligere aūt que ſibiipſis bona. Iniuſtus autem ſemp non plus eligit:ſed ⁊ minus in ſimpliciter malis. Sed quoniam videtur ⁊ minus malum bonū aliqualiter ē.boni autem ē auaricia: ꝑpter h̄ videtur auarus eſſe. Eſt autem inequalis: hoc enim continet ⁊ cōe ⁊ illegalis. Hec autem illegalitas aut inequalitas continet omnem iniuſticiam ⁊ cōmune ē omni iniuſticie.

HEc ē tertia pars hꝰ capituli in qua philoſophus ponit diuiſionem iuſticie.⁊ primo narrat ꝙ ſi iniuſticia dicitur multipliciṫ ⁊ iuſticia diciṫ multipliciter: quia vt in multum.i.in pluribus ē ita ꝙ ſi vnum contrariorum dicitur multipliciter:reliquum etiā dicitur multipliciter. vnde tam iuſticia q̄ iniuſticia dicitur multipliciter. et multiplicitas iniuſticie manifeſtat multiplicitatem iuſticie.ſꝫ multiplicitas eorum ē latens ꝑpter hoc ꝙ ea que faciunt multiplicitatem ſunt ꝑpiqua ad inicē ſm ꝯuenientiam.in his āt q̄ multū diſtāt ē equiuocatio manifeſta magis ſi idem nomē eis imponatur eo ꝙ in ꝑmptu apparet differentia eoꝝ que ē ſm ydeā.i.ſm rōnem ſpeciei ꝑprie:ſicut hoc nomen clauis dicitur equiuoce de inſtrumento quo clauduntur hoſtia:et de quodam cooperculo quod cooperit arteriā que ē in collo animalium.qꝛ enim iſta multū differunt:ideo eoꝝ multiplicitas ē magis manifeſta.ſic igiṫ narratum ē ꝙ iuſticia ⁊ iniuſticia dicuntur multipliciter: ſed eorum multiplicitas latet ꝑpter hoc ꝙ eoꝝ ſignata habēt magnam conuenientiam ad inuicem. Sumaṫ autem iniuſtus.ꝙ autem iuſtus dicatur multipliciter ꝑbat philoſophus.⁊ ē ꝑma cōcluſio huius libri.ſ.ꝙ iuſtum dicitur multipliciter: ⁊ ꝑbatur ſic:iniuſtus dicitur młtipliciter: ⁊ ſi vnum oppoſitoꝝ dicitur multipliciter ⁊ reliquum dicitur multipliciter.ergo ⁊c̄. Qꝺ autē iniuſtus dicatur multipliciter patet per h̄ ꝙ vno modo dicitur iniuſtus illegalis: vt ille q facit contra legem.alio modo dicitur auarus ſcilicet qui vult plus habere de bonis q̄ iuſtum eſt. Tertio modo dicitur iuſtus inequalis.ſ.ille qui vult habere minus de malis .ſ.de laboribus ⁊ inopia ⁊ alijs defectibus. et ideo iuſtus dicitur dupliciter. vno modo diciṫ iuſtꝰ legalis vt obſeruatoꝛ legis. ſecundo mō dicitur iuſtus equalis.ſ. quia equaliter vult habere de bonis ⁊ de malis . equale enim opponitur vtriqꝫ.ſ.ei quod eſt in plus:⁊ ei quod eſt i minus. Et ſi obyciatur ſic. iniuſtus diciṫ tripliciter:⁊ quotiens dicitur vnuꝫ oppoſitoꝝ totiēſ diciṫ reliquū.igiṫ iuſtū diceṫ tripliciter Dicendū eſt ꝙ quotiens diciṫ vnum oppoſitoꝝ ⁊c̄. hoc eſt verum:niſi vnum ſignatū vnius oppoſitoꝝ opponaṫ pluribus ſignatis alterius oppoſitoꝝ quō eſt in ꝓpoſito: qm̄ iuſtus equalis opponitur tam iniuſto inequali q̄ iniuſto auaro:quia equale opponitur taꝫ ei quod eſt i plus q̄ ei qꝺ eſt in minus. vel dicendū ꝙ iniuſtum principaliter ſolum dr̄ duobꝰ modiſ .ſ.iniuſtus illegalis ⁊ iniuſtus inequalis. ⁊ iniuſtū inequale dr̄ vlterius in iniuſtū qui vult plus habere de bonis:⁊ iniuſtum qui vult habere minus de malis. vterqꝫ enim iſtoꝝ iniuſtus inequalis eſt:⁊ ſm hoc regula ſic intelligitur:quotiens dicitur vnum oppoſitoꝝ totiēens dr̄ reliquum loquendo de oppoſito ꝑmo: ⁊ imediato.⁊ ſic ſicut iuſtus diciṫ duobus modis.tātū .ſ.iuſto legali ⁊ equali: ita iniuſtus: quod primo opponitur iuſto dr̄ ꝑmo de duobus tm̄.ſ.de iuſto illegali ⁊ de iniuſto inequali ⁊ etiam iniuſtuꝫ inequale diuiditur in iniuſtū iequalē q vult hēre plꝰ de bonis: ⁊ ille ꝑprie dr̄ auarꝰ i iuſtū.⁊ iequalē q vult habere miꝰ de malis:quāuis cōiter loquēdo inequale ſit cōe vtriqꝫ.ſ.ei qui vult habere plus de bonis ⁊ ei qui vult habere minus de malis. vñ ineq̄le poteſt accipi large ⁊ ſtricte. ſi accipiaṫ large ſic diciṫ tam de eo qui vult habere plus d bonis q̄ de eo qui vult habere minus de malis. ſi accipiaṫ ſtricte:ſic ſolum diciṫ de eo q vult habere minus de malis:⁊ ſi accipiaṫ large ſic opponitur primo ⁊ immediate iuſticie eq̄li: et ſic ſicut iuſtū dicitur ꝑmo ⁊ ꝑncipaliter ſolum duobꝰ modis ita:iniuſtuꝫ diciṫ ꝑncipaliṫ duobus modis tm̄.ſ. iiuſtū illegale ⁊ iiuſtū ieq̄le ſiłr accipiendo iniuſtū inequale cōiter ⁊ iniuſtum inequale ſic acceptū dr̄ dupliciṫ vt patꝫ ex ꝑdictis. Quia autem auarus. Hic manifeſtat ꝑdictam diuiſionem iniuſti ⁊ dicit ꝙ quia auarus vult plus habere de bonis.ideo ē circa bona que homines appetunt non tamē eſt circa omnia bona:ſed ſoluꝫ circa illa circa que eſt bona fortuna ⁊ īfortuniū. hꝰ aūt ſimpliciṫ .i.abſolute i ſe cōſiderata ſunt bona alicui tñ non ſēp ſunt bona:qꝛ non ſp expediūt homini hoīes . n. petūt a deo in oronibꝰ ſuis:hꝰ modi bōa ac ſi eiſeēnt ſp bōa: ⁊ ex h̄ efficiunṫ auari ⁊ iiuſti.qꝛ nō oꝫ ſic orare:ſed orando a deo pettere:ut ea que ſunt ſm ſe bona ſint eis bona. Iniuſtꝰ āt non ſemp. inequalis etiam diciṫ iniuſtus non ſp:qꝛ plus eligit . ſed qñqꝫ qꝛ minꝰ eligit de ſimpliciter malis:ſicut ſunt labores inopia ⁊ hꝰmodi:ſed qꝛ minus malū videtur aliq̄liter eē bonum cum auaricia ſit reſpectu boni ut dictum eſt.videṫ ꝑpter hoc ꝙ ille qui minus vult habere de malis ſit quodāmodo auarus.ſed verius dr̄ ꝙ ē inequalis: qꝛ h̄ cōtinet vtrūqꝫ.ſ.illud qꝺ ē minꝰ:⁊ illud qꝺ ē plꝰ Et illegalis.illegalis .n. dr̄ iniuſtus: ⁊ hec illegalitas ſm quā diciṫ aliqs iniuſtus eſt quedā inequalitas:⁊ continet oēm iuſticiā:⁊ eſt cōis reſpectu omnis iiuſticie:ut patebit infra. Sciendū eſt ſm Lincoł ꝙ hoc nomē auarus ſiłr et hoc nomē auaricia ſumiṫ dupliciṫ.ſ. cōiter ⁊ ꝑprie.qñ ſumūṫ cōiter ſic ſūt indifferenṫ reſpectu maioris boni ⁊ minoris mali: ita ꝙ ois qui plus equo eligit de bonis ⁊ minus equo d malis auarus diceṫ cōiter. ſed ꝑprie dicitur reſpectu maioris boni. ꝑprie.n. diciṫ auarꝰ q plus equo eligit de bonis.

**Quia aūt illegalis** iniuſtꝰ erat legalis aūt iuſtus. manifeſtū aūt qm̄ oīa legalia ſunt aliq̄liter iuſta. determinata āt a lege poſitiua legalia ſunt.⁊ vnūquodqꝫ horum legaliuꝫ iuſtuꝫ eſſe dicimus. leges autem dicunṫ de oibus cōiectantes: vel cōiter cōferentes oibus. vel optimis: vel dñis: vel ſm virtutem: vel ſm aliquē modū aliū. Quare ſꝫ vnū quidē moduꝫ iuſta dicimus factiua ⁊ conſeruatiua felicitatis ⁊ particulaꝝ ipſius polytica ꝯicatōe. Precipit āt lex ⁊ fortis opera facere:puta non derelinquere aciē:neqꝫ abycere arma ⁊ q̄ tēperati:puta non mechari neqꝫ conuitiari:⁊ que māſueti:puta nō ꝑcuteṫ nꝫ contendeṫ ſiłr autem ⁊ ſm alias virtutes ⁊ malicias.hec āt quideꝫ iubens. hec autem ꝓhibēs.recta qdem q̄ poſita recte.deterioꝛ āt apoſchediaſmenos. Ipſa quidem igiṫ iuſticia.virtus quidē ē perfecta. ſed non ſimpliciter:ſed ad alterum.⁊ ꝑpter h̄ multotiens pclariſſima virtutum eſſe videṫ iuſticia.⁊ nꝫ heſperus:neqꝫ lucifer ita admirabilis: ⁊ ꝑpter hoc ꝓuerbiū dicentes aimus. iiuſticia āt ſimul omnis virtꝰ ē ⁊ perfecta maxime virtus:qm̄ pfecte virtutis vſus eſt. perfecta āt ē: qm̄ habēt ipſā ad alteꝝ pōt virtute vti:ſed non ſolū ad ſeipſū.multi.n.in ꝑprijs qdem virtute pñt vti.in his āt q̄ ad alterū non pñt.⁊ ꝑpter hoc biā videṫ hēre hoc biātis:qm̄ principatꝰ virū oñdit.ad alterū.n.⁊ in cōicatione iam princeps. ꝑpter hoc autē ipſum ⁊ alienum bonū vr̄ eē iuſticia ſola virtutuꝫ: qm̄ ad alteꝝ eſt. Alij āt conferentia operaṫ vel principi vel cōi. Peſſimus quidē igiṫ qui ad ſeipꝫ ⁊ ad amicos vtitur malicia. Optimus autem non qui ad ſeipſū virtute:ſꝫ q ad alteꝝ. hoc.n. opus difficile. hec quidē igiṫ iuſticia: nō pars virtutis:ſed tota virtus eſt. neqꝫ contraria iniuſticia ps malicie:ſed tota malicia. Quid āt differt virtus ⁊ iuſticia h̄ manifeſtuꝫ ex his q̄

dicta ſūt. ē quidē.n.eadē eē ſ̄bo:⁊ eē āt,nō idē
ſed ſm ꝙ ad alterū ad alteꝝ quidē iuſticia.ſ₃
autē ꝙ talis habit⁹ ſimplicit̄ virt⁹.

**H**Ec ē.4.ps ꝑncipalis h⁹capituli in qua
phs determinat de iuſticia ⁊ de iuſto le
gali.⁊ ꝯtinet duas ꝑticulas.In ꝑma determi
nat ꝺ iuſto legali.In ſc̄da ibi: Hec qdē igitur.
determinat de iuſticia legali.In ꝑma igit̄ par
ticula oñdit q̄lia ſūt legalia:⁊ reſpectu cuius
finis aliqs ſtatuit̄ a lege:⁊ de qb⁹lex ſtatuit:
⁊ q̄ ꝑcipit.dicit igit̄ ꝙ qꝛ illegalis ē iiuſt⁹ ⁊ le
galis iuſt⁹.iō oīa legalia ſūt aliqualiter iuſta
⁊ h̄ ē ꝯ⁹ſc̄da h⁹libri.ſ. ꝙ oīa legalia ſūt aliq̄lit̄
iuſta.⁊ ꝓbat̄ ſic quecūq₃ ſūt determiata ⁊ ſta
tuta per legem poſitiuam ſunt aliqualiter iu
ſta:ſed omnia legalia ſunt determinata et ſta
tuta a lege poſitiua.iō ⁊c̄. Intelligendū eſt ꝙ
phs dicit aliq̄liter:qꝛ oīs lex dat̄ in ordine ad
aliquā policiā:ſ₃ in oī policia nō ē ſimpliciter
iuſtū.ſ₃ in quibuſdā ē ſolū iuſtū ſ₃ quid:ut p₃
ꝑ phm.3°politice.nā in policia democratica i
q̄ tot⁹ppl's dñat̄ attendit̄ iuſtū ſm qd: ⁊ non
ſimpliciter.In illa.n.politia eſt iuſtū ꝙ oēs ci
ues ſint eq̄les ſm qd.i.ſm libertatē. vñ illa q̄
ſtatuunt̄ ſm legē democraticā nō ſūt ſimplici
ter iuſta:ſed ſūt aliq̄liter iuſta. Leges autem
dicunt̄.In legibus āt ferendis intendit̄ tāq₃
finis illud quod ē vtile ei quod ē ꝑncipale in
ciuitate.ſ.illud qđ ē vtile toti ciuitati:ſi illud
ē in rēis polityſ in quib⁹intendit̄ bonum cōe
vel intendit̄ illud quod eſt vtile optimis.i.ali
quibus maioribus de ciuitate ꝑ q̄s ciuitas re
git̄.vel itendit̄ illud qđ ē vtile dñis:ſic̄ i poli
tys q̄ regunt̄ regib⁹ vel tyrānis.⁊ qꝛ cōis vtili
tas hūana ꝑncipaliter ordit̄ ad felicitatē:mani
feſtū ē ꝙ ſm vnūquēq₃ modū legalia dicunt̄
ea q̄ ſūt factiua ⁊ ꝯſeruatiua felicitatis. Et ꝑti
cularū ipſius.i.eaꝝ q̄ ad felicitatē ordināt̄ vł
ꝑncipalit̄ ſic̄ virtutes: vł inſtrālit̄ ſic̄ diuitie ⁊
h⁹bona exteriora:⁊ h̄ ꝑ cōparatōem ad cōita
tem politicā ad quā reſpicit poſitio legis. Pre
cipit āt lex.oñdit q̄ ꝑcipiunt̄ ⁊ ſtatuunt̄ a lege
d.ꝙ lex ꝑcipit ea q̄ ꝑtinent ad ſingulas virtu
tes.ꝑcipit.n.facere opa fortitudis:ut nō ꝓyce
re arma in bello:⁊ nō dereliquere aciē. ꝑcipit
etiā ea q̄ ꝑtinēt ad tēperātiā:ut nō mechari.ꝑ
cipit ēt ea q̄ ꝑtinēt ad māſuetudinē:ut ꝙ vn⁹
hō nō ꝑcutiat aliū ex ira.vñ lex ꝑcipit nō ꝑcu
tere nō ꝯtēdere.⁊ eodē mō ē ꝺ alys virtutib⁹
q̄ꝝ actus lex iubet:⁊ de alys malicys q̄ꝝ act⁹
lex ꝓhibet.Et ſi lex rōne ponat̄ circa iā dicta
videt̄ lex recta.alia vero lex q̄ nō recte ponit̄
q̄ ē deterior dicet̄ apoſtedia ſiue cyres.i.lex po
ſita repente:⁊ ſine debita ꝓuidentia ⁊ ꝑmedi
tatōe.Hec quidē igit̄ iuſticia.hec ē ſc̄da ꝑticu
la q̄rte ꝑtis ꝑncipalis in q̄ determinat̄ ꝺ iuſti
cia legali.⁊ ꝑ narrat ꝙ iuſticia legalis de qua
nunc loqmur ē virtus ꝑfecta: ſ₃ nō ſimplr ſed
ad alteꝝ.⁊ ꝓpter h̄ iuſticia videt̄ eē ꝑclariſſi
ma virtutū.⁊ neq₃ heſper⁹.i.ſtella ꝑclariſſima
veſpꝛina.neq₃ lucifer.i.ſtella ꝑclariſſima ma
tutina ē ita admirabilis:ut ita fulciat ſic̄ iuſti
cia.Iuſticia.oñdit quō iuſticia ſe habet ad ali
as virtutes.⁊ ꝑ narrat dicens ꝙ iuſticia lega
lis conſiſtit in vſu virtutis qui ē ad alterum:
⁊ ſm omnem virtutem de qua lex precipit. et
ideo in ipſa iuſticia ſimul comprehenduntur
omnes virtutes:⁊ ipſa ē virtus maxime per
fecta.perfecta autem. ꝓbat 2° q̄ ꝓpoſuit.ſ.ꝙ
iuſticia legalis ē virtus maxime perfecta:⁊ ꝙ
includit oēm virtutē.ꝑmū ꝓbat ⁊ ē ꝯcluſio.3.
.ſ.ꝙ iuſticia legalis ē virt⁹ maxie ꝑfecta: ⁊ ꝓ
bat̄ ſic:illa virtus q̄ cōtingit bene vti nō ſolū
ad ſeipſū:ſed etiam ad alterum ē virtus ma
xime perfecta:quia perfectius ē bene vti vir
tute ad ſeipſum ⁊ ad alterum q̄₃ ad ſeipſū tm̄.
ſed iuſticia legali cōtigit vti ad alterum ⁊ nō
ſolum ad ſeipſum:quod non contingit omni
bus virtuoſis ſcilicet bene vti virtute ad alte
rum:quia multi poſſunt vti virtute in ꝓprys
⁊ ad ſeipſos qui non poſſunt vti virtute i his
que ſunt ad alterum ut manifeſtum eſt. iō iu
ſticia legalis ē virtus maxime perfecta. Ma
ior.ſ.ꝙ perfectio virtutis attenditur penes
hoc ꝙ vnus bene ſe habet ad alterum decla
ratur per prouerbium biātis:qui fuit vn⁹ de
ſeptem ſapientibus quod ē tale: principat⁹ vi
rum oñdit.ſ.vtrum ſit perfectus vel inſuffici
ens.ille qui ē princeps iam ſe habet in cōmu
nicatione ad alterum.ad principem enim ꝑti
net gubernare ſubitos : ⁊ diſponere ea que or
dinant̄ ad bonum cōmune. ⁊ ex hoc patet ꝙ ꝑ
fectio virtutis attenditur ex hoc ꝙ vnus be
ne ſe habet ad alterum.⁊ ſic p₃ maior ⁊ minor
etiam.ſ.ꝙ iuſticia legalis ē ad alterum decla
ratur ꝑ aliud prouerbium :quod ē tale Sola
enim iuſticia inter alias virtutes videtur eſſe
alienum bonū:quia ē ad alterum inq̄₃tum tē
dit operari ea que ſunt vtilia alteri:ut cōmu
nitati vel principi cōitatis. Alie autem virtu
tes intendunt operari bonum ꝓpꝛium: ut tē
perantia intendit quietare animū a turpibus
concupiſcentys.⁊ ſic de alys virtutibus ⁊c̄.
Peſſimus quidem igit̄.Ex his concludit con
cluſionēm intentam.ſ.ꝙ iuſticia legalis eſt ꝑ
fectiſſima virtus.⁊ iuſtus legalis optimus i
ter virtuoſos.⁊ dicit ꝙ ſicut ille ē peſſimus q
vtitur malicia non ſolum ad ſeipſum: ſed ad
amicos:ita ille ē optimus qui vtitur virtute
non ſolum ad ſeipſum:ſed etiam in compara
tione ad alios.hoc enim ē maxime difficile.ſic
igitur patet ꝙ iuſtus legalis ē optimus. ⁊ iu
ſticia legalis ē perfectiſſima virtus. Hec qui
dem igitur iuſticia. Ex iam dictis concludit
vnum quod prius narrauit:⁊ ē ꝙ iuſticia le
galis ē tota virtus.⁊ hec ē concluſio.4.⁊ ꝓba



tur ex precedentibus ſic:illa virtus ad quam
pertinet vti qualibet virtute ē tota virt⁹.ſed
ad iuſticiam legalē₃ pertinet vti qualibet vir
tute ideo ⁊c̄.maior patet ⁊ minor declarat̄.nā
ad iuſticiam legalem pertinet vti omni virtu
te qua contingit vti ad alterum:ſed omni vir
tute contingit vti ad alterum. ⁊ ideo conclu
dit ꝙ hec virtus.ſ.iuſticia legalis non ē pars
virtutis:ſed ē tota virtus.neq₃ iniuſticia con
traria iuſticie legali ē pars malicie: ſed ē tota
malicia.Quid autem differt. remouet dubiū
qꝛ ſm ꝑdicta poſſet alicui videri ꝙ iuſticia le
galis ⁊ virtus ſimpliciter dicta eſſent omnino
idem:⁊ ꝙ quelibet virtus moralis eſſet iuſti
cia legalis cū qualibet virtute morali ꝯtigat
vti ad aliū:quod videtur eſſe ꝓpꝛium virtu
ti legali.Iſtud remouet ⁊ oſtendit quomō dif
ferant virtus ⁊ iuſticia legalis. ⁊ dicit ꝙ ma
nifeſtum ē ex his que dc̄ā ſunt ꝙ iuſticia lega
lis ⁊ virtus ſunt idem ſm ſubſtantiam:ſ₃ non
ſunt idem ſm rōnem.nam illud idem quod i
comparatione ad alterum dicit̄ iuſticia ſ₃ ſe
⁊ ſm ꝙ ē talis habitus dicit̄ ſimpliciter vir
tus.Hic occurrunt duo dubia.ꝑmum ē.vtrū
iuſticia legalis diſtinguitur ſpecifice ab alys
virtutibus.ſecundū dubium vtrum iuſticia
ſit ꝑclariſſima virtutum.Ad ꝑmum arguitur
⁊ videtur ꝙ non ſit virtus diſtincta:quia om
nis virtus ſpecie diſtincta ab alys ē pars ſub
iectiua virtutis.ſed iuſticia legalis non ē ꝑs
ſubiectiua virtutis:ut patet per philoſophū₃
in textu qui dicit:quia iuſticia legalis non eſt
pars virtutis:ſed ē tota virtus .ergo ⁊c̄. Ite₃
iuſticia legalis ē eadem ſm ſubſtātiam cū vir
tute in cōmuni per philoſophum in textu.ſed
virtus in cōmuni nō diſtinguitur ſpecie a ſu
is ſpēb⁹.igit̄ iuſticia legal' ñ diſtinguit̄ ſpē ab
alys virtutibus. In oppoſitum videtur hic
eſſe philoſophus qui diuidit iuſticia₃ in iuſti
ciam legalem ⁊ particularem.Item tertio po
litice dic̄ phs ꝙ non ē eadem virtus boni vi
ri et boni ciuis.ſed aliquis dicitur bonus vir
abſolute per alias virtutes : et per iuſticiam
legalem dicitur bonus ciuis. igitur ⁊c̄.
Ad ſc̄m dubium arguitur ꝓbando ꝙ iuſticia
non eſt ꝑclariſſima virtutum:quia magis lau
dabile ⁊ magis ꝑclarum eſt dare ſuum: quod
fit per liberalitatem q̄₃ dare alienum:quod fit
per iuſticiam.igitur liberalitas ē magis lau
dabilis ⁊ magis ꝑclara q̄₃ iuſticia.Item quāto
aliqua virtus ē circa magis difficile tanto me
lior ē ⁊ ꝑclarior.ſed fortitudo que ē circa peri
cula mortis ē circa magis difficile:quia diffici
lius ē aggredi pericl'a mortis q̄₃ dare vnicui
q₃ quod ſuum eſt.quod pertinet ad iuſticiam.
igitur fortitudo ē melior ⁊ ꝑclarior q̄₃ iuſticia.
ideo ⁊c̄. In oppoſitu₃ ē philoſophus in littera
Ad primum dubium dicunt quidam ꝙ iuſti
cia legalis diſtinguitur ab alys virtutibus: ſi
cut totum integrale a ſuis partibus.nam iuſti
cia legalis ē tota virtus:⁊ non eſt pars virtuti
ſicut dicit philoſophus.Iſtud tamen nō vide
tur verū:quia ſicut iuſticia legalis eſt tota vir
tus:ita iniuſticia illegalis eſt tota malicia: ſic̄
dicit philoſoph⁹.Si igitur iuſticia legalis eēt
quoddam aggregatum ex omnibus virtutib⁹
ſequeretur ꝙ iniuſticia legalis eſſet quodda₃
integrale aggregatum ex omnibus vitys:hoc
ē impoſſibile.quia ſi eſſet hoc verum null⁹ poſ
ſet habere iniuſticiam illegalem : niſi hēret o
mnia vicia:⁊ ſic nullus poſſet eſſe iniuſtus il
legalis:quia ſi aliquis eſſet talis ille haberet
omnia vitia:⁊ ſic idem homo eſſet prodigus ⁊
illiberalis ⁊ audax ⁊ timidus:⁊ ſic ꝯ̄ria ineēnt
eidem ſimul in actu:quod eſt impoſſibile.non
igitur ē iniuſticia illegalis totu₃ integrale ag
gregatum ex omnibus vitys.⁊ per conſequēs
iuſticia legalis non ē aggregata ex omnib⁹ vir
tutibus.Item philoſophus in textu dicit ꝙ iu
ſticia legalis ⁊ virtus ſunt idem realiter.ſ₃ ſ₃
eſſe hoc eſt ſm diffinitionem non ſunt idem.ſ₃
ſm ꝙ ad alterum.ſ.ad bonum cōmune ſic di
citur legalis:⁊ ſm ꝙ eſt talis habitus:ſicut di
citur virtus ſimpliciter.ex hoc arguitur ſic:q̄
cunq₃ ſunt eadem ſm ſubſtantiam de quocun
q₃ dicitur vnum de eodem dicitur reliquū.ſed
iuſticia legalis ⁊ virtus ſunt idem ſm ſubſtan
tiam:⁊ virtus vere ꝑdicatur de omni virtute
igitur iuſticia legalis vere ꝑdicatur de omni
virtute.ſed aggregatum ex omnibus virtuti
bus non predicatur vere de omni virtute. igi
tur iuſticia legalis non ē totum integrale ag
gregatum ex omnibus virtutibus.ideo vide
tur mihi ſm intentionem philoſophi ⁊ cōmen
tatoris hic.ꝙ iuſticia eſt cōmunis per ꝑdicati
onem ꝺ omni virtute morali:quia omnis vir
tus cuius actum lex precipit ē iuſticia legalis
ſm philoſophum.ſed actus omnium virtutū
precipit lex:ideo omnis virtus eſt iuſticia le
galis.Sciendum eſt igitur ꝙ iuſticia legalis
ē virtus qua homo bene diſponitur in ordine
ad bonum cōmune. ⁊ iuſticia particularis per
quam homo bene diſponitur ad bene operan
dum in ordine ad perſonam ſingularem. ⁊ vir
tus ſimpliciter accepta ē habitus per quē ho
mo bene diſponitur in ordine ad ſeipſum. nūc
autem per eundem habitum per quem hō bñ
diſponitur in ordine ad ſeipſum bene diſponi
tur in ordine ad bonum cōe.nā ꝑ tēperantia₃
homo bene diſponitur in ſeipſo :⁊ per tēperan
tiam homo bene diſponitur in ordine ad bonū
commune.Temperatus enim mediante hītu
temperātie bñ viuit in cōitate nō faciēdo iiu
riam alteri ꝓpter concupiſcētiā ſuā adiplēdā
⁊ manſuetus bene viuit ſm ſe ⁊ ſine perturba
tione:⁊ etiam bene viuit in cōmunitate abſq₃

Hec eſt ſecunda pars huius capituli in q̃ philoſophus oſtendit de quo iuſto vel iniuſto querit dubitatio predicta: et dicit ꝙ de iuſto et iniuſto politico: de quo oſtendit quid eſt ⁊ qbus ineſt: et cōtinet hec pſ quatuor particulas. Jn prima particula narrat de quo iuſto predicta dubitatio habet locum: quia de iuſto ſimpliciter: quod eſt iuſtum politicum: et quid eſt iuſtum politicum. Jn ſecunda parte ibi: Quare quantis. oſtendit ꝙ preter politicum iuſtum ſunt quedam alia iuſta. Jn tertia particula ibi: Eſt enim iuſtum quibus et lex. Oſtendit in quibus ſiue inter quos eſt politicum iuſtum. Jn quarta particula ibi: Propter quod. concludit quedam correlaria ex ṗdictis. Jn prima igitur particula narrando dicit ꝙ ad euidentiam queſtionis qua queritur quali operatione eſt aliquis faciens iuſtum: vel iniuſtum fit iuſtus vel iniuſtus ꝙ iuſtū de quo nunc queritur eſt iuſtum ſimpliciter: vel eſt politicum iuſtum. quid autem ſit politicum iuſtum narrat dicens ꝙ politicum iuſtum eſt iuſtum quod conſiſtit in quadã cōmunicatione vite que ordinatur ad hoc ꝙ ſit per ſe ſufficientia eorum que ad vitam humanam pertinent: et talis eſt communitaſ ciuilis in qua debent inueniri: que ſufficiunt humane vite. hoc autem iuſtum conſiſtit in liberis ⁊ equalibus quia dominorum ad ſeruos non eſt politicum iuſtum: ſed dominatiuum ut infra dicetur: nec eſt perſonarum inequaliū: q̃rum vna naturali ordine vel ciuiliter ſubditur alteri: ſicut filius patri non eſt politicum iuſtum: ſed paternum. Hoc autem iuſtum politicum vel eſt ſm proportionalitatem ideſt equalitatē proportōis nūeraľ q̃tum ad iuſticiam diſtributiuam: vel ſm numerum ideſt eq̃litatē nūeralis q̃ntitatis quantū ad iuſticiam commutatiuam. Quare quantis. Hec eſt ſecunda particula in qua oſtendit ꝙ ṗter politicum iuſtum ſunt quedam alia iuſta dicens ꝙ ex quo iuſtum politicum conſiſtit in liberis et equalibus quibus non ineſt hoc: ſcilȝ ꝙ ſint liberi vel equales his non eſt ad inuicem politicum iuſtum: quod eſt ſimpliciter iuſtum: ſed quoddam iuſtum vt dominatiū vel paternum: quod eſt ſm quid iuſtum ſcilicet inquantum habet aliquam ſimilitudinem politici iuſti. Et enim iuſtum quibus et lex. Hec eſt tertia particula in qua oſtendit in quibus ſiue inter quos eſt politicum iuſtum. et intendit ꝙ iuſtum politicum principaliter ſolum ē in liberis et equalibus. ⁊ hec eſt concluſio vigeſimaquarta. que ſic probatur: ſolum illis ineſt iuſtum politicum ad quos datur lex. ſed lex non datur principaliter pro ſeruis qui cohibentur a dominis nec pro filijs qui cohibentur a patribus. ſed pro liberis et equalibus intelligendo per equales tales quorum neuter naturaliter vel ciuiliter ſubditur alteri ſicut filius ſubditur patri. Maior huius rationis ſcilicet ꝙ in illis ſit politicum iuſtum ad quos datur lex declaratur per hoc ꝙ iuſticia et iniuſticia in eiſdem ſunt. lex autem datur ad illos in quibus poteſt eſſe iniuſticia qd patet: quia vindicta que fit ſm legem nihil aliud eſt q̃ȝ iudicium de iniuſto: ex quo patet ꝙ lex datur ad eos quibus poteſt eſſe iniuſticia ſiue iniuſtum: et per conſequens in quib⁹ eſt iuſtum. Jn quibuſcunꝗ enim eſt iniuſticia in his inuenitur iniuſtum facere: ſed non conuertitur. quia ſicut dictum eſt in ſecundo huius contingit aliquem facere virtuoſa ſine virtute. ſimiliter vitioſa abſꝗ habitu vicij. hoc autem iniuſtum nihil aliud eſt q̃ȝ ꝙ aliquis attribuat ſibiipſi plus de his que ſunt ſimpliciter ⁊ abſolute bona cuiuſmodi ſunt diuitie: et honores: et minus de his que ſunt ſimpliciter mala cuiuſmodi ſunt labores ⁊ inhonorationes ⁊ ſic de alijs. Propter quod. Hec eſt quarta particula in qua concludit tria correlaria ex predictis. primum eſt ꝙ in recta gubernatione multitudinis non permittitur ꝙ homines principentur ideſt ſm voluntatem ⁊ paſſionem humanam. ſed permittitur ꝙ ratō et lex principentur ideſt ſm voluntatem ⁊ paſſionem humanam: ſed permittitur ꝙ ratio et lex principentur. ⁊ hec propoſitio ſic intellecta Jn recta gubernatione multitudinis non permittitur ꝙ homines principentur ē concluſio 25. ⁊ ꝓbatur ſic in recta gubernatione multitudinis nō ꝑmittiť ꝙ aliqs ṗncipetur qui ſibi accipiat plus econuerſo de bonis ⁊ minus d̃ malis: quia ſic fieret tyrannus: quod eſt contra rectam gubernationē multitudinis. ſed ſi homines principentur ſm voluntatem ⁊ ſm paſſiones humanaſ facient hoc ſcilicet ꝙ plus accipient ſibi de bonis ⁊ minus de malis: quod non permittitur in recta gubernatione multitudinis. igitur in recta gubernatione multitu

cīnis non permittitur ꝙ homines principen-
tur: ſcilicet ſm voluntatem ⁊ paſſiones huma
nas: ſed ſm rationem: cum hoc ſit contra rõez
principis ꝙ ipſe accipiat ſibi plus de bonis
ꝗ̃ ſibi debetur. ad hoc enim princeps inſtitutꝰ
ut cuſtodiat iuſticiam: ⁊ per conſequens equa
litatem quã preteriret ſi plus vſurparet ſibi
de bonis ⁊ minus de malis. Quia autem ſibi
ipſi. Secundũ correlariuꝫ eſt ꝙ quia princeps
ſi ſit iuſtus nihil plus attribuit ſibi de bonis
ꝗ̃ alijs: niſi forte ſm debitam proportionem
iuſticie diſtributiue. ideo princeps non labo-
rat circa vtilitatem propriam ſed alioꝛum. et
eſt hec concluſio. 26. et probatur ꝑ h̓ ꝙ pͥceps
non plus ſibi attribuit ꝗ̃ alijs: niſi ſm debitã
proportionem: et etiam propter hoc ꝙ de nu-
mero virtutum ſola iuſticia videtur eſſe alie-
num bonum: ut prius dictum eſt in iſto quin-
to. Merces autem. Tertium correlarium ē
ꝙ quia quilibet debet dare mercedem ei qui
per ſe laboꝛat: ⁊ principi laboꝛat ꝓ multitudi
ne, ideo danda ē merces principi. ⁊ hoc ē corre
larium tertium ⁊ concluſio vigeſimaſeptima
ſcilicet ꝙ danda eſt a multitudine merces pri-
cipi: probatur per hoc ꝙ quilibet debet dare
mercedem ei qui per ſe laboꝛat ⁊ princeps labo
rat pro multitudĩe ideo ⁊c̃. Hec autem merces
que danda eſt principi eſt honoꝛ et gloꝛia que
ſunt maxima bonoꝛum que ab hominibꝰ da-
ri poſſunt ⁊ ſi ſint aliqui principes quibus iſta
non ſufficiunt pro mercede: ſed querunt lucrũ
iſti ſunt iniuſti ⁊ fiunt tyranni ⁊ ſuꝑ hanc mer
cedem exhibitam ab hominibus: que eſt ho-
noꝛ ⁊ gloꝛia boni principes expectant merce-
dem a deo.

## Dominatiuum autem

iuſtum ⁊ paternum non idem his: ſed ſimile.
nõ enim eſt iniuſticia ad que ipſiꝰ ſimpliciter.
Poſſeſſio autem ⁊ filiꝰ vſqꝫ vtiqꝫ fit politicon
⁊ non ſeparetur quemadmodum pars ipſius.
ſeipſum autem nullus eligit nocere: propter
quod non eſt iniuſticia ad ſeipſum. non ergo in
iuſtum neqꝫ iuſtum politicum. ſm legem eniꝫ
erat: et in quibus natum erat eſſe lex. iſti autẽ
erant quibus exiſtit equalitas: quod eſt prin-
cipari et ſubijci: propter quod ad vxoꝛem ma
gis eſt iuſtum ꝗ̃ ad natos ⁊ poſſeſſiones. hoc
enim hyconomicum iuſtum. Alterum autem
eſt ⁊ hoc a politico.

Hec eſt tertia pars huius capituli in qua
philoſophus determinat de iuſto domi
natiuo ⁊ paterno: ⁊ eo qđ eſt viri ad vxoꝛem. ⁊
intendit ꝙ nec iuſtum dominatiuum: quod ē
domini ad ſeruum: nec iuſtum paternum: qđ
eſt patris ad filium eſt iuſtum politicum ſeu
ſimpliciter iuſtum. ⁊ hec eſt concluſio. 28. ⁊ pro
batur dupliciter. primo ſic: hominiſ ad ea que
ſunt ſui ipſius non poteſt eſſe ſimpliciter iuſti
cia: nec ſimpliciter iniuſticia: quia taꝫ iuſticia
ꝗ̃ iniuſticia eſt ad alterum. ſed ſeruus eſt do
mini tanꝗ̃ eius poſſeſſio: ⁊ filius quouſqꝫ eſt
Peliton ideſt magnus ⁊ ſeparetur a patre per
emancipationem eſt ſicut pars patris. ſed ho-
minis ad ſeipſuꝫ non eſt iniuſticia. ſimpliciter
igitur nec iuſticia ſimpliciter. ꝙ autem homi
nis ad ſeipſum non ſit iniuſticia. patꝫ per hoc
ꝙ nullus eligit ſibiipſi nocere. vnde patet ꝙ
ſimpliciter loquendo nec eſt iuſtum nec iniu-
ſtum domini ad ſeruum: nec patris ad filium
ſed ſolum ſm ſimilitudinem. Neqꝫ iuſtum po
liticum. ⁊ ſi ita eſſet ꝙ iuſtum dominatiuum
vel paternum eſſet ſimpliciter iuſtum: non ta-
men eſſet iuſtum politicum quod ſic probatur
⁊ eſt ſecunda probatio concluſionis immedia
te precedentis: ⁊ hec eſt probatio iuſtum poli
ticum eſt ſm legem: ⁊ in quibus nata eſt eſſe
lex: huiuſmodi ſunt illi quibus competit eq̈-
litas quantum ad hoc quod eſt principari et
ſubijci: ita ꝙ vnus eoꝛum non ſubijcitur alte-
ri. ſed ſeruus ſubijcitur domino: ⁊ filius patri
igitur in his non eſt politicum iuſtuꝫ. igiť nec
iuſtum dominatiuum: quod eſt domini ad ſer
uũ: nec iuſtũ paternũ qđ ē pr̃is ad filiũ ē iuſtũ
politicũ. Propť qđ magis. determĩat de iuſto
vxoꝛio: ⁊ ꝓbat ꝙ iuſtũ qđ ē viri ad vxoꝛẽ ē ma
gis iuſtũ ꝗ̃ iuſtũ: qđ ē pr̃is ad filium: aut dñi
ad ſeruum. ⁊ hec ē ꝯcluſio. 29. ⁊ ꝓbať ſic: vbi ē
minoꝛ ſubiectõ vniꝰ ſb altero ibi ē maioꝛ eq̈li-
tas. ⁊ ꝑ ꝯñs magis iuſtũ. ſꝫ vxoꝛ ē minꝰ ſubie-
cta viro ꝗ̃ ſeruus dño vel filiꝰ pr̃i. iđ iuſtum
qđ ē viri ad vxoꝛẽ ē magis iuſtũ ꝗ̃ iuſtũ qđ ē
patris ad filium: vel dñi ad ſeruum. Juſtum
aũt qđ ē viri ad vxoꝛẽ ē iuſtũ hyconomicum
qꝛ vir p̃eſt in domo. ſic̃ pͥnceps in ciuitate. iſtđ
aũt iuſtum hyconomicũ ē alteꝝ a iuſto politi
co: ſic̃ domꝰ ē alia ĩ ciuitate. ⁊ ſic pꝫ qđ ē iuſtuꝫ
politicum: ⁊ ĩ quibus habet eſſe.

## Capitulũ ſecundum

tractatꝰ. 2. libri. 5. de diuiſione iuſti in
naturale ⁊ legale: ⁊ qđ vtrũqꝫ ſ. hoc vbiqꝫ idẽ
hoc vͦo ex põne ⁊ mobile: ⁊ nõ ē ſic̃ quibuſdam
videť ꝙ oẽ iuſtũ ē mobile. ſꝫ iuſtũ naturale oĩ
bꝰ naturaliter hñtibꝰ idem ⁊ immobile ē. nãli
ter autem habentibꝰ mobile: ⁊ ꝙ ab hñtibꝰ na
turaliť cognoſciť iuſtum naturale diſcerniť a
legali: ⁊ ꝙ legale ſm diuerſas vrbanitates ē
diuerſum. optima autem vrbanitas ſemꝑ ea-
dem apud omnes naturaliter habentes: ⁊ ꝙ
iuſta legalia ad opata ſm ipſa ſunt vt vniuer
ſale ad ſingulare: ⁊ ꝙ iuſtum ⁊ iniuſtum diffe
runt a iuſtificatione ⁊ iniuſtificatõne: et quo-
modo.



## Politici autem iuſti

hoc qđẽ naturale eſt. h̓ autẽ legale.
Naturale quidem quod vbiqꝫ habet eandeꝫ
potentiã. et non inuideri vł nõ. Legale auteꝫ
ꝙ ē principio qđem nihil differt. ſic vel aliter
quando auteꝫ ponitur differt. puta vina redi
mi vel capram ſacrificare. ſed non duas oues
Adhec que in ſingularibus lege ponunt. pu
ta ſacrificare braſide. ⁊ ſententialia. videtur
autem quibuſdam omnia eſſe talia. quia
quod quideꝫ natura immobile ⁊ vbicunqꝫ eã
dem habet potẽtiam quemadmodum ignis. ⁊
hic ⁊ in perſis ardet. iuſta autem mota conſpi
ciunt. hoc autem non ē ſic habens ſed vt quã
uis apud deos nequaquam equaliter habẽs
apud non autem eſt quidem aliquid natura
mobile quis quidem eſſe ſed ē tamen hoc qui
dem natura hoc autem non natura. Quale
autem natura contingentium ⁊ aliter habere
⁊ quale non ſed legale ⁊ compoſitione. ſi am-
bo mobilia ſimiliter. Manifeſtum ⁊ in alijs
eadem congruit determinando. Natura enim
dextera melioꝛ. quamuis contingit ambidex
tros fieri. que autem ſecundum compoſitio-
nem ⁊ conferens iuſtoꝛum. ſimilia ſunt menſu
ris. non enim ſunt vbiqꝫ equales vini ⁊ frumẽ
ti menſure. ſed vbi quidem emuntur maioꝛes
vbi autem venduntur minoꝛes. ſimiliter au
tem ⁊ non naturalia. ſed humana iuſta. non
eadem vbiqꝫ ꝙ neqꝫ vrbanitas ſecunduꝫ vna
ſolum vbiqꝫ ſecundum naturam optima.

Jſtud ē capitulũ ſecundi tractatus ſecun
di libri. 5. ⁊ ē de diuiſione politici iuſti ⁊ cõ
tinet duas partes principales. Jn prima poni
tur diuiſio politici iuſti in ſuas ſpecies. Jn ſe-
cunda ibi. Juſtoꝛum autem ⁊ legalium. Nar
rat qualiter iuſtum politicum ſe habet ad ĩdi
uidua ⁊ particularia. Prima pars continet
tres particulas. Jn prima ponitur diuiſio poli
tici iuſti. Jn ſecunda ibi. Naturale quidẽ. ma
nifeſtat membra diuiſionis. Jn tertia ibi. Ui
detur autem quibuſdam. phyloſophus exclu
dit erroꝛem circa predictam diuiſionem. Jn
prima igitur particula dicit ꝙ iuſtuꝫ politicũ
diuiditur in duo ſcilicet in iuſtuꝫ naturale et
in iuſtum legale. Jntelligendum ē ꝙ hec diui
ſio iuſti ē eadem cũ diuiſione iuris quã ponũt
iuriſte ſcilicet ꝙ quoddam eſt ius naturale ⁊
quoddam ē ius poſitiuum illud enim idẽ qđ
iuriſte vocant ius ariſtotiles noĩat iuſtum. ſꝫ
dubium ē quia videtur ꝙ ariſtotiles ⁊ iuriſte
non conueniant in diuiſione iuris ⁊ iuſti quia
politicum ideꝫ ē qđ ciuile. nunc iuriſte ponũt
ꝙ ius poſitiuum diuiditur in ius ciuile ita ꝙ
ius ciuile ſit diuidens ⁊ phyloſophus ponit iu
ſtum politicum eſſe diuiſuꝫ. igitur non ē ideꝫ
ius ciuile apud iuriſtas ⁊ ius politicum apud
ariſtotilem. Dicendum ē concedendo ꝙ aliter
ponitur politicum vel ciuile hic apud phyloſo
phum ⁊ aliter apud iuriſtas. nam ph̓us nomi
nat hic iuſtum polyticum vł ciuile ex vſu quo
ciues vtuntur. ſed iuriſte nominãt ius politi-
cum vel ciuile ex conſtitutione ciuitatis ſcili-
cet ex eo ꝙ aliqua ciuitas tale ius ſibi conſti-
tuit ⁊ hoc cõuenienter vocatur a phyloſopho
iuſtum legale ideſt a lege poſitum quod iuri
ſte nominant politicum ⁊ ita conuenienter di-
uiditur iuſtum politicum qđ nominatur ab
vſu ciuitatis vel ciuium in naturale ⁊ legale:
nam ciues vtuntur tam iuſto naturali qđ na-
tura indidit menti humane ꝗ̃ iuſto legali qđ
ē iuſtum poſitiuum ex conſtitutione ciuium.
Naturale quidem. Hec ē ſecunda particula p̃
me partis in qua manifeſtat membra diuiſio-
nis premiſſe ⁊ primo qđ ſit ius naturale. ſcđo
ibi. Legale autem. Manifeſtat iuſtum lega-
le. Juſtum autem naturale manifeſtat duplici
ter ſcilicet per effectum ⁊ per cauſam. per effe
ctum dicens ꝙ iuſtum naturale ē qđ vbiqꝫ ha
bet eandem potentiam ⁊ virtutem ad inducẽ-
dum ad bonum ⁊ cohercenduꝫ a malo: cuius
ratio eſt quia natura que ē cauſa huius iuſti ē
eadem vbiqꝫ ⁊ apud omnes. Et non inuideri.
Manifeſtat iſtud iuſtum ſecundum cauſam
dicens ꝙ iuſtum naturale non conſiſtit in vi-
deri vel non videri: ideſt non oꝛitur ex opinio
ne humana ſed ex natura. Sciendum ē ꝙ ſic̃
in ſpeculatiuis ſunt quedam principia natura
liter cognita vt principia ĩdemonſtrabilia ita
in operatiuis ſunt quedam principia natura-
liter cognita. ⁊ quaſi ſũt principia indemõſtra
bilia ſicut ꝙ malum ē vitandũ ⁊ ꝙ nulli ſit in
iuſte nocendum non ē furandum ⁊ ſimilia. A
lia vero per induſtriam hominum ſunt cogni
ta ⁊ ad inuenta que dicuntur iuſta legalia.

Notandũ ē ꝙ ius naturale aliter accipitur
apud iuriſtas ⁊ aliter apud phyloſophum. iu
ſtum enim naturale dicitur ad qđ naturale de
ſiderium hominis inclinatur: nunc auteꝫ ĩ ho
mĩe ē duplex natura vna cõmunis ſibi ⁊ alijs
animalibus que competit ſibi ſecũdum ꝙ ani
mal. Alia ē natura hominis ꝓpria que ſibi cõ
petit ſecũdum ꝙ homo ꝓut ſecunduꝫ rõnem
diſcernit turpe ⁊ honeſtũ. modo iuriſte tantũ
dicunt illud iuſtum naturale quod ꝯſeqtur ĩ
clinationẽ nature coĩs hoĩ ⁊ alijs animalibus
cuiuſmõi ē ꝯiũctio maris ⁊ femĩe educatio na
toꝛum ⁊ alia huiꝰi. ſꝫ illud quod ꝯſeqtur ꝓp̃ã
inclinationem nature humane. ſ. inquãtũ hõ
ē aĩal rationale vocant iuriſte ius gentiuꝫ. qꝛ
eo omnes gentes vtuntur ſicut ꝙ pacta ſint
obſeruanda ⁊ ꝙ legati etiam apud hoſtes ſint
tuti ⁊ conſimilia. Utrumqꝫ hoꝛum ſcilicet

ꝙ ſequit̃ naturã hoĩſ ſecũdũ ꝙ aĩal. ⁊ ꝙ ſequitur naturã hominis ſ; ꝙ homo cõp̄hendit̃ hic ſub iuſto naturali put hic accipitur a phyloſopho Legale autem. Manifeſtat aliud membrum ſcilicet iuſtum legale ⁊ videtur ponere tres differentias huius iuſti. Prima eſt ꝙ illud quod eſt iuſtum legale quod communiter a lege ponitur ⁊ quantuz ad hoc dicit quod legale ex principio quidez hoc eſt anteꝙ̃ a lege ſtatuatur nihil differt vtrum ſic vel aliter fiat ſed iam quãdo ponitur ⁊ a lege ſtatuit̃ multum differt quia hoc ſeruare tunc eſt iuſtũ ⁊ hoc preterire eſt iniuſtuz ſicut in aliqua ciuitate ſtatuitur ꝙ captiuis redimatur cambio vnius vel q̊cũꝙ certo precio ⁊ ꝙ ſacrificetur capra ⁊ non due oues Alia differentia iuſti legalis eſt ſecunduz ꝙ aliquid lege ſtatuũtur in aliquo certo ſingulari vt cuz ciuitas vel princeps concedit alicui perſone ſingulari priuilegium quod dicit̃ lex priuata ſicut in quadam ciuitate ſtatutum eſt ꝙ ſacrificetur cuidam mulieri nomine braſide que magnã vtilitatez attulit ciuitati Tertia differentia iuſti legalis eſt ꝙ ſentẽtie a iudicibuſ date dicũtur quedam iuſta legalia ⁊ quantum ad hoc dicit.

Et ſnĩalia. ideſt ſunt iuſta legalia ſnĩalia enim ſunt applicationes iuſtorum legaliuz ad particularia facta Sciendum ꝙ iuſtum legale ſeu poſitiuũ ſemper oritur a iuſto naturali: ſed aliquid oriri a iuſto naturali contingit dupliciter. vel ſicut concluſio ex premiſſis ⁊ ſic iuſtuz poſitiuũ vel legale non poteſt oriri a iure naturali quia quandocumꝙ ⁊ vbicũꝙ premiſſe ſũt ibi tunc etiã concluſio neceſſario ſequens ex premiſſis. ſed iuſtum naturale ẽ ſemper ⁊ vbiꝙ idẽ. ideo ſi iuſtum legale oriretur a iuſto naturali ſicut concluſio ex premiſſis iuſtum legale eſſet ſemper idem apud omnes quod falſuz eſt. Alio modo oritur aliqd ex iuſto naturali per modum determinationis: ⁊ excitationis. iſto enim mõ omnia iuſta poſitiua ⁊ legalia oriuntur ex iuſto naturali. verbi gratia. furem eſſe puniendum ẽ iuſtum naturale. ſed ꝙ fur ſit puniendus tali vel tali pena ſcilicet ꝙ ſuſpendatur vel decapitetur hoc eſt a iuſto poſitiuo legali qđ oritur a iuſto naturali per modum determinationis ⁊ excitationis non per modum neceſſitatis quia a iuſto naturali excitatur iudex ad ſic vel ſic puniendum ſecundũ quantitatem delicti. Videtur autem quibuſdam. Hec ẽ particula tertie partis in qua phyloſophus excludit errorem quorundam circa predictam diuiſionem. ⁊ eſt talis error. quibuſdam enim videtur ꝙ omnia iuſta ſunt legalia ⁊ ꝙ nullum ẽ ius naturale: ratio huiꝰ opinionis fuit talis illud qđ ẽ ſecundum naturam ẽ immobile ⁊ vbicumꝙ ſit habet eandem virtutem ſicut patet. quia enim ignis ardet naturaliter. ideo ardet in grecia ⁊ in perſide ſ; omnia iuſta uidentur eſſe aliquando mota ⁊ variata. ideo nihil eſt naturaliter iuſtum. ꝙ autẽ omnia iuſta ſit mobilia ⁊ aliqñ mota apparet ex hoc ꝙ nihil videtur magis iuſtum ꝙ̃ ꝙ deponenti reddatur depoſitum ⁊ tamẽ nõ eſt reddenduz furioſo repoſcenti gladium. vl̃ proditori patrie repoſcẽti pecunias ad arma ⁊ ſic videtur ꝙ nihil ſit naturaliter iuſtum.

Hec autem non eſt ſicut habẽs. Soluit iſtã dubitationem ⁊ mouet aliam. Hec dubitatio ſic ſoluitur cum dicitur ꝙ omnia naturalia ſunt ſimpliciter immobilia. Iſtud non eſt verum vniuerſaliter ſed in aliquo modo ẽ verũ. quia nature ſubſtantiarum ſeparataruz ⁊ corporum celeſtium que apud aliquos dij vocabantur nequaquam ſe habent aliter ſed apud nos homines qui ſumus corporales eſt aliqđ ſecũdum naturã. Et tamen quidqd ẽ in nobiſ ẽ mutabile vel per ſe vel per accidens nihilominꝰ tñ ẽ ĩ nobis aliquid naturale vt habere pedes. ⁊ illud non naturale vt habere tunicã ⁊ ideo licet apud nos omnia iuſta ſint mobilia aliqualiter tamen quedam eorum ſunt aliqualiter iuſta. Quale autem natura. Mouet aliam dubitationem que oritur ex iſta ſolutione. ⁊ hec ẽ dubitatio ꝙ omnia iuſta humana ſunt mobilia reſtat queſtio inter ea que contingunt aliter ſe habere quale eſt iuſtum ſecundum naturam ⁊ quale ẽ iuſtum non ſecunduz naturam ſed ſecundum legis poſitionem ⁊ ad plurimum hominum ex quo ambo ſunt conſimiliter mobilia. Manifeſtũ ⁊ ĩ alijs. Iſtud dubium ſoluit phyloſophus dicens ꝙ manifeſtum eſt ꝙ in alijs naturalibus que ſunt apud nos eadem determinatio congruit ⁊ ſicut in naturaliter iuſtis: illa enim que ſunt naturalia apud nos eodem modo ſe habent vt in pluribus quamuis quandoꝙ deficiãt in paucioribus ſicut quia naturale eſt ꝙ pars hominis dextera ſit vigoroſior ꝙ̃ pars ſiniſtra. iđ hoc contingit in pluribus contingit tamen aliquando ſed in paucioribus aliquos fieri ambidextros qui manum ſiniſtram habent. ita valentem ſicut manum dextram. ⁊ ita ea que ſunt naturaliter iuſta vt puta reddere depoſitum vt in pluribus eſt obſeruandum licet in paucioribus mutetur. Quid autem. Iuſta vero legalia nec in maiori parte manent eadẽ immobilia nec ſunt vbiꝙ ⁊ immobilia nec ſũt vt in pluribus obſeruanda. ⁊ ſic pꝫ diuerſitas inter iuſta naturalia ⁊ iuſta legalia. que eſt ꝙ naturalia vt in pluribus ſunt immobilia et vbiꝙ obſeruãda ſed iuſta legalia non ſunt vt



in pluribus immobilia nec vbiꝙ obſeruanda vnde dicit phs ꝙ illa que fiunt iuſta ſecũduz ꝯpõem ⁊ conferens ideſt que ſunt condita inter homines ꝓpter aliquam vtilitatem ſunt ſimilia menſuris reruz venalium vt vini ⁊ frumenti que non ſũt equales vbiꝙ ſed vbi emũtur propter maiorem copiam ſunt minores et vbi venduntur propter minorem copiam ſũt minores. Et ita iuſta que non ſunt naturalia: ſed per homines poſita non ſunt eadem vbiqz ſicut non vbiqz iponitur eadem pena furi et huiuſ ratio ẽ quia non ẽ vbiqz eadem vrbanitas ſeu policia. ſed tantum ẽ vna ſola optima policia ſecunduz naturam vbicunqz talis politica fuerit.

# Iuſtorum autem et legaliũ vnũ qđqz ⁊ vl̃ia ⁊ ſingl̃a hẽt.

Operata quidem enim multa illorum autẽ vnũ qđqz vnum vniuerſale enim. Differt autem iniuſtificatio ⁊ iniuſtum. ⁊ iuſtificatio ⁊ iuſtum. In iuſtum quod enim ẽ natura vel ordine. Iniuſtum autem hoc quando operatum ẽ. Iniuſtificatio ẽ autem ante ꝙ̃ operatum ẽ nequaꝙ̃: ſed iniuſtum ſimiliter autem ⁊ iuſtificatio vocatur autem cõmune magis dyapragma. Iuſtificatio autem directio iniuſtificationis. ſ̃m vnum quodqz autem ipſorum. ⁊ quales ſpecies ⁊ quot ⁊ circa que exiſtũt poſterius videndum

Hec ẽ ſecunda pars huius capituli ĩ qua agitur de diuiſione iuſti in particularia ⁊ de differentia inter iuſtum ⁊ iuſtificationez ⁊ iniuſtum ⁊ iniuſtificationem ⁊ quantum ad primum vult dicere ꝙ vnumquodqz iuſtorũ particularium ⁊ legalium ſe habẽt ad res humanas ſcilicet ad opera facta ſecundum vnũ quodqz iuſtum vt vniuerſale ad ſingularia. quia ea que operantur ſecundum iuſticiã ſũt multa ſed vnumquodqz iuſtorum ẽ vnum. q. quoddã vniuerſale ſicut hoc quod ẽ depoſitũ eſſe reddendum ẽ vnum quod habet ſe ad mltas res ⁊ multas perſonas. Hic ẽ intelligẽduz vt mihi videtur ꝙ obiectum cuiuſlibet iuſticie qđ obiectum phus vocat iuſtum ẽ vnum complexum vt iſtud complexum. depoſitum ẽ reddendum ẽ obiectum iuſticie ⁊ illud complexum fur ẽ puniendus ẽ obiectum iuſticie vnde illud qđ ẽ iuſtum tanquam obiectuz iuſticie eſt cõplexuz. ſed illud ꝙ eſt iuſtum tamquam ſubiectum iuſticie eſt incõplexuz vt homo ĩ quo eſt iuſticia. Similiter aũt. iuſtificatio differt a iuſto qꝛ iuſtificatio eſt dychaypragõa ideſt opatio iuſti. ſed ipſuz iuſtum eſt res que fit ſ̃m iuſticiam. ſimiliter iniuſtum eſt res aliqua vt furtuz vel homicidium ſed iniuſtificatio eſt operatio rei iniuſte ⁊ iuſtificatio eſt directio iniuſtificationis. deinde epylogat continuando ſe ad ſubſequentia ⁊ patet in lr̃a.

## Capitulum tertium

tractatus ſecundi libri. 5. in quo ſoluitur queſtio querens ſecundum quales iuſtificationes dicetur aliquis iuſtus ⁊ ſecundum q̃les iniuſtificationes dicetur aliquis iniuſtus q̃ ſoluit̃ p h ꝙ iuſtificatõnũ ⁊ iiuſtificatõnuz h qdã ſũt p ſe vt cũ ſunt voluntarie he autem per accidens vt cum ſunt voluntarie. Iuſtificatio enĩ ⁊ iniuſtificatio determiat̃ volũtario ⁊ ĩuolũtario q̃re ſic quidẽ erit aliquid iniuſtũ ⁊ non iniuſtificatio ſi non adſit voluntariuz. Deinde qd voluntariuz ⁊ qd inuoluntarium ⁊ ꝙ ſimiliter iniuſtiſ ⁊ ĩ iiuſtis ẽ per ſe ⁊ p accidens. ⁊ ꝙ voluntariorum quedam ſunt preelecta ⁊ preconſiliata quedam vero non. ⁊ ꝙ tribus exiſtentibus nocumentis vno propter ignorantiam ⁊ inuoluntario alio vero voluntario ſine electione. Tertio voluntario cum electione. Per primam fit iniuſtum ſine iniuſtificatione. per ſecũdũ fit iniuſtificatio abſꝙ iniuſticia operantis ⁊ ꝙ inuoluntarioruz que ſunt propter ignorantiam ſunt venialia que autem non propter ignorantiam: ſed propter paſſionem neꝙ naturalem, neꝙ humanam nõ ſunt venialia.

# Exiſtentibus autez

iuſtis ⁊ iiuſtis dictis iiuſtuz facit qdẽ ⁊ iuſtũ opatur qñ volẽs qs ita opatur. qñ aũt nolẽs nz iiuſtũ facit nz iuſtũ opat̃. ſed vel ſ̃m accñs quibus enim accidit iuſtos eẽ vel iniuſtos opantur. Iuſtificatio autem ⁊ dyachapragma determinãtur voluntario ⁊ inuolũtario cum enĩ voluntarium fit vituperatur. ſimul autem ⁊ iiuſtificatio tũc ẽ q̃re iniuſtum aliqd erit quidez iiuſtificatio ãt nequaꝙ̃ ſi nõ volũtarium adſit. dico autem voluntarium quidẽ quẽadmodum prius dictũ ẽ. quod vtiꝙ aliqs in ſeipo exiſtium ſciẽs ⁊ non ignorãs opat̃ nz quem neꝙ quo neꝙ cuius puta neꝙ quez percutit ⁊ quo ⁊ cuius gratia: ⁊ illorum vnũ qđꝙ non ſecundum accidens neꝙ vi quemadmodum ſi quis accipiens manum ipſius percutit alterum non volens ãt nõ enĩ in ipo. contigit ãt percuſſũ patrẽ eẽ. hunc ãt quoniã quidẽ hõ vel pñtium aliqs cognoſcit. qm̃ autẽ pat̃. ignorat ſimiliter ãt tale determinet̃ ⁊ in his cuius gratia ⁊ circa opatõez totã. Ignoratũ vtiꝙ vl̃ nõ ignoratũ nõ in ipo ãt ens vl̃ vi iuolũtariũ Multa enim ⁊ natura exercitium ſcientes et opamur ⁊ patimur. quorum nullum neꝙ volũtarium neꝙ inuoluntarium ẽ: puta ſeneſcere vl̃ mori. Eſt ãt ſimiliter ĩ iniuſtis ⁊ iniuſtis ⁊ qđ ſcđm accidẽs. Eſt enim ſi pignus reddat qs volẽs. ⁊ propter timorem neꝙ iuſta operari nz dyachaprage dicendum. ſed vel ſ̃m accñs

ſimiliter autem ⁊ coactum cōtra voluntatem
pignus nō reddētē: ſm accidēs dicendum in
iuſtum facere ⁊ iniuſta operari.

Iſtud eſt tertiuʒ capitulum tractatus .2.
libri quinti in quo ſoluit dubitatio mota
in pmo capitulo huius tractatus que fuit ſm
quales iuſtificatiōes vel iniuſtificatiōes ſit ali
quis iuſtus vel iniuſtus ⁊ cōtinet quattuor par
tes. in pma oſtēditur quando fit iuſtuʒ vel iniu
ſtum abſqʒ iuſtificatione vel iniuſtificatione.
In ſecunda ibi. voluntariorum. oſtenditur qn̄
fit iuſtificatio vel iniuſtificatio abſqʒ hoc ꝙ
ille qui operatur ſit iuſtus vel iniuſtus. In ſe
cunda ibi. quando autem ex electione. oſtendi
tur quando ē iuſtificatio vel iniuſtificatio cū
iuſticia vel iniuſticia operantis. In quarta ibi.
Inuoluntariorum autem. Ponitur diuiſio in
uoluntarij narrando que inuoluntariorū ſūt
venialia ⁊ que non. In prima igitur parte
oſtendit quando fit iuſtum vel iniuſtum hoc
ꝙ fiat iuſtificatio vel iniuſtificatio ⁊ continʒ
duas particulas. In prima oſtendit ꝙ iuſtifi
catio ⁊ iniuſtificatio per ſe nō ſunt niſi fuerit
voluntarie. In ſecunda ibi. Dico autem volū
tarium. oſdit qd ſit voluntarium. In prima
particula primo narrat ꝙ cum iuſta ⁊ iniuſta
ſint talia qualia dictum ē tunc facit aliquis
iuſtum per ſe quando operatur volens. ſʒ quā
do operatur nolens tunc neqʒ facit iuſtū neqʒ
iniuſtum niſi per accidens cum facit illa pter
intentionem quibus accidit eſſe iuſta vel in
iuſta. Et ſi quando fit iuſtum vel iniuſtum
abſqʒ iuſtificatione vel iniuſtificatione. ⁊ hec
ē concluſio .30. ⁊ probatur ſic. iuſtum ⁊ iniuſtū
poſſunt fieri abſqʒ hoc ꝙ fiant voluntarie. qꝛ
aliquis poteſt reddere alicui qđ ſuum ē ppter
violentiam vel timorem ⁊ tunc facit inuolun
tarie ⁊ aliquis poteſt facere iniuſtum propter
ignorantiam vel violentiam vt ſi aliquis per
cutiat patrem ſuum credens percutere inimi
cum facit iniuſtum ⁊ inuoluntarie. Ex hoc ar
guitur ſic omnis iuſtificatō ⁊ iniuſtificatio ſūt
voluntaria. ita ꝙ quandoqʒ ē iuſtificatio vel
iniuſtificatio oportet ꝙ ſit operatio volunta
ria. ſed poſſibile ē ꝙ fiat iuſtum vel iniuſtum
abſqʒ hoc ꝙ operatio voluntaria. igitur quan
doqʒ fit iuſtum vel iniuſtum abſqʒ iuſtificatio
ne vel iniuſtificatione per dyacharopagema
intelligit phyloſophus iuſtificationē. Intelli
gendum ē ꝙ cum phus dicit ꝙ iuſtificatio et
iniuſtificatio determinatur voluntario ⁊ ino
luntario hoc non ē ſic intelligenduʒ ꝙ vna ha
rum operationum ſit voluntaria ⁊ alia inuo
luntaria imo vtraqʒ ē voluntaria. ⁊ ideo iuſti
ficatio ⁊ iniuſtificatio diffiniuntur per volun
tarium ⁊ diſtinguūtur ab alijs per volunta
rium ⁊ alie operationes que non ſunt volun
tarie determinātur ⁊ diſtinguūtur a iuſtifica
tione ⁊ iniuſtificatione per inuoluntariuʒ hoc
ē per hoc ꝙ ſunt voluntarie. Uel ſic iſta deter
minantur voluntario ⁊ inuoluntario quia per
hoc ꝙ aliquid ſit voluntarie ⁊ inuoluntarie
laudatur aliquis vel vituperatur. Intelligen
dum etiam ꝙ quando aliquis operatur aliqd
volens tunc dicitur per ſe operari illud. ſʒ qn̄
operatur nolens dicitur illud operari per acci
dens ⁊ quia nihil ſpecificatur per illud quod ē
per accidens ſed ſolum per illud qđ eſt per ſe.
ideo iuſtificatio ⁊ iniuſtificatio que ſunt ope
rationes per ſe iuſti ⁊ iniuſti determinātur per
voluntariuʒ poſitiue ⁊ per inuolūtarium pua
tiue qꝛ per hoc ꝙ non ſūt inoluntaria diſtiguū
tur ab opationibus inuoluntarijs. Dico au
tem voluntarium. Hec eſt ſecunda particula
prime partis in qua oſtenditur quid ſit volun
tarium ⁊ illud idem qđ manifeſtatur circa vo
luntarium competit tam circa iuſta q̄ʒ circa in
iuſta. dicit ergo primo ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ope
ratio ſit voluntaria oportet ꝙ operans opere
tur illud qđ ē in ſua poteſtate per ſe ſciens om
nes circunſtantias ⁊ non ignorans ſicut patet
ex tertio huius. ⁊ oportet ꝙ ſit per ſe ſciens cir
ca quid operetur ⁊ quo inſtrumento ⁊ cuiꝰ gra
tia ⁊ ſic de alijs circunſtantijſ. ⁊ oportʒ ꝙ ſciat
vnumquodqʒ iſtorum per ſe ⁊ non per accidēs
⁊ ad huc plus, requiritur ad hoc ꝙ ſit volunta
rium ſcilicet ꝙ non ſit per violentiam. ſi enim
aliquis accipiat manum alicuius per violen
tiam ⁊ percutiat alterum ille cuius ē manus
non percutiat voluntarius quia non erat in
eius poteſtate hoc vitare nec ad eſſe volunta
rium ſufficit ꝙ cognoſcatur per accidens. naʒ
poſſibile ē ꝙ aliquis percutiat patrem ſuum
ſciens ꝙ ille quem percutit eſt homo ⁊ ꝙ eſt a
liquis de preſentibus hic. ſed ignorat ꝙ eſt pa
ter eius: ⁊ ſic cognoſcit patrem per accidens i
quantum cognoſcit eum cui accidit eē patrem
non tamen ē concedendum ꝙ iſte voluntarie
percutit patrem ꝙ non cognoſcit per ſe ꝙ ſit
pater eius. ⁊ ſicut eſt ex parte eius quē percu
tit. ita eſt ex parte eius cuius gratia ⁊ ex par
te omnium circunſtantiarum ſcilicet ꝙ poſſūt
per ſe cognoſci vel per accidens. adhuc ſiue a
liquid ſit ignoranter ſiue nō dummodo non
ſit in noſtra poteſtate vt ſi fiat per violentiaʒ
non eſt voluntarium. Multa autem. Et quia
aliquis poſſet credere ꝙ omne quod aliquis
operatur aut patitur ſciens ſit voluntarium:
ideo phyloſophus excludit illud probans. ꝙ
non omne ꝙ operamur ⁊ patimur ſcientes eſt
voluntarium. Et hec eſt concluſio .31. ⁊ proba
tur ſic. quia multa operamur ⁊ patimur a na
tura ſcientes ꝙ hec operamur ⁊ patimur: pu
ta ſeneſcerē vel mori quoruʒ nullū ē volūtariū
iđ nō oē qđ operamur ⁊ patimur ſcientes eſt
volūtarium. Eſt auteʒ ſimiliter ⁊ in iniuſtis

illud qđ dictum ē de operationibꝰ ſimpliciť ē
verum de operationibus iuſtis ⁊ iniuſtis. ſ. ꝙ
ſicut in opationibus ſimiliter inuenitur p acci
dens ⁊ per ſe. ita etiam in iuſtis ⁊ in iniuſtis in
uenitur aliqd qđ ē ſecūdum accidens ⁊ aliqd
per ſe. ⁊ hec ē concluſio .32. ⁊ pbatur pbatiōe
exemplari ſic. ſi aliquis reddat pignus ei cuiꝰ
ē non quidem voluntarius ſed ppter timoreʒ
non ē dicendū ꝙ ibi ſit operatio iuſti niſi p ac
cidens ſimiliter ſi aliquis coactus ⁊ nolēs de
ſiſtat reddere pignus vel depoſitum per accn̄s
dicitur facere iniuſtum. ſi vero hec fierent vo
luntarie forent per ſe iuſta vel iniuſta.

Voluntariorum quidē hoc autem pre
eligentes operamur. Hoc autem non preconſi
liantes peligentes qdem quecunqʒ pconſilian
tes eligibilia autem q̄cunqʒ i pconſiliata. Tri
bus vtiqʒ exiſtētibꝰ nocumētis eoꝝ q̄ incōica
tōibꝰ q̄ qdē cū ignorātia peccata ſunt. q̄ neqʒ
quē. neqʒ quod. neqʒ quā nʒ cuiꝰ gratia exiſtia
uit. ſed accidit nō cuius grā exiſtimauit. puta
nō vt vulneret ſʒ vt pungat vľ nō quē. vľ non
vt. Qn̄ qdē igiť palogice nocumētū fit: i fortu
niuʒ. qn̄ āt nō palogice: ſine malicia āt pccm.
Peccat qdē. n. cū in ſe ipo pncipium fit: cauſe i
fortunat āt cum extra. Qn̄ āt ſciēs qdē nō pre
conſilians āt iiuſtificatio. puta q̄cūqʒ pp iraʒ
⁊ alias paſſiones qualeſcunqʒ neceſſarias vel
naturales accidūt hoibꝰ. Hic. n. nocētes ⁊ pec
cantes iniuſtū faciūt qdē ⁊ iiuſtificatōes ſūt.
nō quia nō opātur pp iuſticiā quā iiuſti. ppť
hoc neqʒ mali. neqʒ. n. pp maliciā nocumētuʒ.

Hec ē ſecūda ps huius capli in q̄ itendit.
oſdere qn̄ fit iuſtificatio ⁊ iniuſtificatō
⁊ quando ille qui opatur non ē iuſtus vel iiu
ſtus ⁊ econuerſo ⁊ qn̄ ēt ē iuſtificatio vel iniu
ſtificatio cum iuſticia vel iniuſticia opantis ⁊
continet iſta pars tres particulas. In prima p
mittit quādam diuiſionem neceſſariam ad p
poitum: ⁊ etiam oſtendit quando fit iniuſtum
abſqʒ hoc ꝙ ille qui operatur ſit iniuſtus. In
ſecunda ibi. quando autem ſciens. oſtenditur
quando fit iniuſtificatio ſine malicia vel iniu
ſticia operantis. In tertia ibi. quando autem
ex electione. oſditur quando fit iniuſtificatio
cum iniuſticia operantis. primo igitur poitur
talis diuiſio voluntariorum quedaʒ opamur
preeligentes ⁊ quedam non preeligentes. illa
operamur preeligentes que facimus precedē
te conſilio vel deliberatione. ſed illa ſunt ineli
gibilia ideſt abſqʒ electione facta quecunqʒ fi
unt in preconſiliato ideſt abſqʒ conſilio prece
dente. Tribus vtiqʒ exiſtentibus. oſtendit qn̄
fit iniuſtum abſqʒ iniuſtificatione hoc ē abſqʒ
eo ꝙ ille qui operatur ſit iniuſtus ⁊ dicit ſicut
apparet ex predictis tripliciter contingit infer
re nocumentum circa cōmunicationes homi
num adinuicem vno modo per ignorantiaʒ ⁊
inuolūtarie. Alio mō voltaūrie ⁊ ſine electōe.
Tertio mō volūtarie ⁊ cū electiōne. Illa igiť
peccata fiunt per ignorantiaʒ quando opans
nʒ ſcit qd facit neqʒ circa quid neqʒ quo iſtru
mento neqʒ cuius gratia exiſtimamꝰ ſe aliqd
facturum operatus ē. puta ſi non exiſtimauit
ſe percutere hoc inſtrumento ſcilicet ferro acu
to ſed rotundo. vel non eſtimauit ſe percutere
hunc puta patrem ſed hoſtem vel non eſtima
uit ſe huius gratia percuſſurum ſed accidit il
lud cuius gratia non exiſtimauit: puta cū eſti
mauit percutere non ad vulnerandum: ſʒ ad
pungendum ⁊ ſic de alijs circunſtantijs. Et ē
ſciendum ꝙ quando aliquis infert nocumētū
paralogoice ideſt preter intentionem nocendi
tunc accidit infortunium ſed quando non pa
logoice ideſt non abſqʒ intentione grauiter no
cendi tunc ē peccatum ſine malicia ſcilicet qꝛ
non putat multū nocere tunc ē aliqđ peccatū
ſed non tantam: tunc enim peccat aliquis cuʒ
principium inordinati actus ē in ſeipſo p hoc
ꝙ intendit aliquid malum operari. ſed quan
do principium operationis ē totaliter ab extra
vt cum preter intentionem operatur tunc ē in
fortunium. Ex iſtis poteſt apparere quādo fit
iniuſtum abſqʒ iniuſtificatione ſcilicet quādo
fit iniuſtum vel nocumentum preter intentio
nem nocendi ⁊ poteſt hic poni concluſio .33. ſci
licet ꝙ quandoqʒ fit iniuſtum abſqʒ iniuſtifi
catione. Et hec concluſio pbatur ſic. quando
qʒ fit iniuſtum ex ignorantia ⁊ preter intentio
nem. ſed iniuſtificatio non ē preter intentōem
nocendi. igitur quandoqʒ fit iniuſtum abſqʒ i
iuſtificatione. Quando autem ſciens. hec ē .2.
particula in qua oſtenditur ꝙ quandoqʒ ē in
iuſtificatio ſine malicia vel iniuſticia operan
tis ⁊ primo narrat hoc dicens ꝙ quando aliqſ
ſciens infert nocumentum ſed non preconſi
lians hoc ē abſqʒ deliberatione tunc ē iiuſtifi
catio ſiue iniuſticia operantis vt cum aliquis
infert nocumentum propter iram uel alias
paſſiones que tamen non ſunt naturales vel
neceſſarie hominibus ſicut eſt concupiſcentia
cibi ⁊ potus i extrema neceſſitate que excuſat
a ſubtractione rei aliene: illi enim qui propter
predictas paſſiones nocent alijs faciunt iniu
ſtum ⁊ actus eorum ſunt iniuſtificationes ta
men illi qui operantur non ſunt iniuſti ⁊ ma
li quia non inferunt nocumentum propter ma
liciam ſed propter paſſiones ⁊ tales dicuntur
ppter infirmitatem peccare.

Quando autem ex electōe i iuſtus ⁊ ma
lus ppter qđ vn̄. quia ex ira nō ex puidentia
iudicantur. non enim incipit q ira aliquid fa
cit. ſed qui ad iram prouocat. Ad hec autem
neqʒ de fieri vel non dubitatur. Sed de iuſto

inmanifeſta enim iniuſticia ira ē. Non enim quemadmodum in commutationibus de fieri dubitatur quorum neceſſarie alterum eē malum ſi non propter obliuionem id operentur. ſed confitentes de re de qualiter iniuſtum dubitatur. qui autem inſidianť non ignorāt q̄re hic quidem exiſtimat iniuſte pati. Dicat autem non ſi autem ex electione noceat iniuſtū facit ⁊ ſecundum has iam iniuſtificationes iniuſtum faciens iniuſtus ē cum preter proportionale ſit vel preter equale ſimiliter autem ⁊ iuſtus cum preeligens iuſtum operetur. Iuſtum opatur autem ſi ſolum volens operetur

Hec ē tertia particula in qua narrat quādo ē iuſtificatio cum in iuſticia operantis, ⁊ dicit ꝙ quando aliquis ex electione īfert alteri nocumentum tunc ē iniuſtificatio cum malicia operantis ⁊ talis operans ē iniuſtus ⁊ malus ⁊ dicitur ex certa malicia peccare: ꝓpter quod bene. Hec ē tertia pars principalis huiꝰ capituli in qua manifeſtat duo predicta ſcilicet ꝙ quandoq; fit iniuſtificatio ſine malicia ſeu iniuſticia ⁊ quandoq; fit iniuſtificatio cum malicia ⁊ iniuſticia. P̄mum probatur ⁊ ē concluſio.34. ſcilicet. Qđ quandoq; fit iniuſtificatio abſq; hoc ꝙ operās ſit iniuſtus vel malus ⁊ probatur ſic vbi aliquis ex ira infert nocumētum ē iniuſtificatio quia operans voluntarie facit iniuſtum ſed qui infert nocumentum ꝓpter iram non eſt propter hoc iniuſtus igitur ē quādoq; iniuſtificatio abſq; hoc ꝙ operans ſit iniuſtus vel malus. Maior patet de ſe ⁊ minor declaratur ſcilicet ꝙ q infert nocumētum ꝓpť iram non propter hoc ē iniuſtus probatur dupliciter primo ſic. ille qui infert nocumentum ⁊ non ex prouidentia vel electione non eſt iuſtus ſed qui infert nocumentum propter iram non infert nocumentum ex prouidentia vł electione qđ patet. quia ille qui facit propter iraʒ ipſe non incipit nocere. ſed ille qui cum ad iraʒ prouocauit ⁊ ita non videtur nocumentum ex prouidentia proceſſiſſe. Adhuc nec đ fieri. Secundo probatur idem ſic ille qui propter iram operatur manifeſte operatur ⁊ non dubitat đ facto immo confitetur factum ⁊ de iuſto dubitat vtrum factum ſit iuſtum vel non. ſed ille q iniuſtum facit ex prouidentia dubitat de facto: nec fatetur factum. igitur ille qui operatur ex ira non operatur ex prouidentia ⁊ per conſequens non eſt iniuſtus. minor huius rationis patet quia in commutationibus iniuſtis vt in furto ⁊ ſimilibus dubitatur de facto ſcilicet quis facit tale factum oportet enim alterum eſſe malum ſcilicet accuſantem vel accuſatuʒ niſi forte excuſetur propter obliuionem ſicut cū aliqs obliuiſcitur reddere debitum tempore ſtatuto. Peccatur eniʒ quandoq; per omiſſionem ⁊ quandoq; per tranſgreſſionem. ſed opantes ex ira confitentur de re ideſt de facto. ſed dubitant an ſit iuſtum illud qđ retribuunt qđ non contigit illis qui ex electione vicioſe operantur qui non ignorant ſe iniuſte agere. Sed hoc quidem ideſt iratus non eſtimat hoc. ⁊ ſic patet ꝙ ille q ex ira opatur non agit ex prouidentia. Si autem ex electione. ſecundum probatur ſcilicet ꝙ quandoq; eſt iniuſtificatio cū malicia operantis. Et h ē concluſio.35. que ꝓbatur ſic. quando aliquis infert nocumentuʒ ex electione ipſe facit iniuſtum per ſe loquendo quia volūtarie operatur illa igitur operatio qua ex electione aliquis facit iniuſtum eſt iniuſtificatio ⁊ ille qui opatur eſt iniuſtus. cuʒ illud quod fit ſit preter proportionabile ideſt contra iuſticiam diſtributiuam. Similiter aliquis dicitur iuſtus cum ex electione operatur iuſtuʒ: ſi autem volens operetur ⁊ non eligēs dicetur iuſtum operans vel iuſtificans ſed nō dicetur iuſtus.

## Inuoluntarioruʒ autē

hec quidem enim venialia ſunt. hec auteʒ nō venialia quecunq; quideʒ enim non ſolū ignorantes ſed propter ignorantiaʒ peccant venialia quecūq; autem non propter ignorantiā ſed ignorantes quidem propter paſſionem autem neq; naturalem neq; humanam non venialia

Hec eſt quarta pars in qua ponitur quedā diuiſio inuoluntariorum que eſt ꝙ inuoluntariorum quedam ſunt venialia ideſt venia digna ⁊ quedam non. illa peccata q̄ homines faciunt non ſolum ignorantes ſed ꝓpť ignorantiaʒ. quod accidit illis qui quādo cognoſcunt dolent ſub venia digna. ſed illa non ſunt venia digna que non fiunt propter ignorantiam que ſcilicet homines ignorantes ꝓpter paſſionem faciunt que paſſio non ē naturalis nec humana id ē ratione relata. in talibus enim paſſio cauſat ignorantiam ⁊ peccatum đ his dictum ē in tertio huius.

## Capitulum quartuʒ

tractatus ſecundi libri quinti in quo mouetur ⁊ ſoluuntur due queſtiones principales ſcilicet. vtrum omne iniuſtum pati ſit inuoluntarium: ⁊ quis duorum facit iniuſticiā circa diſtributiones vtruʒ tribuens plus preter dignitatem vel plus recipiens q̄ʒ eſt dignum. Queritur ergo primo vtruʒ contra volentem iniuſtum pati: vel omne iniuſtum pati ſit īuoluntarium adiungens ꝙ non omne iniuſtum pati eſt voluntarium: vtpote punitorum.

Deinde dubitatur vtrum iniuſta paſſus iniuſtum patitur omnis: que dubitata ſoluit ꝑ hoc ꝙ iniuſtum pati eſt ꝑter ſe ⁊ per accidēs ſicut ⁊ iniuſticia facere ē vtroq; modo. Deinde arguens ex opere incontinentis ꝙ volens aliquis iniuſtum patiť quia ⁊ ſibi ipſi iniuſtum facit: qđ ſoluit per appoſitionem huius particule ſcilicet preter voluntatem ad diffinitionem prius poſitam eiꝰ qđ ē iniuſtum facere: vt ſit diffinitio integra huius qđ ē iniuſtum facere hoc volentem ⁊ ſcientem nocere alicui preter paſſi voluntatem. deinde quod nō ē iniuſtum pati dare ſponte ſua precioſiora ꝑ vilioribus eo ꝙ iniuſtum pati non habet principiū in ipſo paſſo ſed in faciente. Deinde mouetur ſecunda queſtio principalis vtrum iniuſtum facit plus vel minus alteri tribuens preter dignitatem. mouetur etiam alia queſtio ſcilicet vtrum contingat ipſum diſtribuentem ſibi ipſi iniuſtum facere que ſoluendo dicit ꝙ moderati diſtributores licet minus ſibi diſtribuant ī pecunijs non tamen ſplr quia abundat gloria vel ſimpliciter bono adijciens ꝙ inequaliter diſtribuens iniuſtum facit ſed non ſemper plꝰ habens. Deinde ad idem inducit ꝙ facere multipliciter dicitur ſcilicet ꝑ ſe ⁊ per accidēs ac per hoc pacientem conſimiliter pati per ſe vel per accidens. deinde ꝙ licet in nobis ſit cū volumus iuſtum ⁊ iniuſtum facere non tamen cum volumus iuſti aut iniuſti ſumus quia non ab agere ſed ab habitu tales ſumus. deinde ꝙ licet facile ſit ſcire ab auditu ⁊ per accñs iuſta ⁊ iniuſta non tamen ē facile ſed difficile ſimpliciter ſcire ea quia ſcire ea ſimpliciter ſolum ē operantis ea ab habitu tandem ꝙ iuſtū diſtributiuum ⁊ directiuum ē in participantibus ea que ſecundum ſe ſunt bona ⁊ non ī dijs nec in ſanabilibus ſed in his quibus talia bona ſunt vtilia.

## Dubitabit autem

vtiq; aliquis ſi ſufficienter determinatum eſt de iniuſtum pati ⁊ iniuſtum facere. primum quidem igitur ſi eſt quemadmodum euripedes dixit dicens inconuenienter matrem occidi meam. breuis ſermo nolens nolentem: vel volens non volentem. Utrum enim vt vere eſt volentem iniuſtum pati vel non. ſed īuoluntarium eſſe quemadmodum ⁊ iniuſtum facere omne voluntarium. ⁊ vtrum eſt ſic vel illo modo quemadmodum ⁊ iniuſtum facere omne voluntarium vel hoc quidem voluntarium. hoc autem inuoluntarium. ſimiliter aūt ⁊ iniuſtum pati. Iuſtum operari enī omne voluntarium. quare rationabile quidem oppōi ſimiliter ſecundum vtrumq; ⁊ iniuſtum pati ⁊ iuſtum pati ⁊ voluntarium ⁊ inuoluntarium eſſe. inconueniens autem vtiq; videbatur. ⁊ iniuſtum pati ſi omne voluntarium. Quidam enim iuſtum patiuntur non volētes. quare ⁊ hoc dubitabit vtiq; aliquis vtrum iniuſtum paſſus iniuſtum patitur omnis. vel quemadmodum in operari ⁊ in pati eſt. ſecundum accidens contingit enim in vtriſq; tranſumere iuſtis. Similiter autem manifeſtum quoniam ⁊ in iuſtis. Non enim idem in iuſta operari ei qđ ē iniuſtum facere. neq; in iuſta pati ei quod eſt iniuſta pati. ſimiliter autem ⁊ iniuſtum opari ⁊ iniuſtum pati. Impoſſibile enim iniuſtuʒ pati non iuſtum faciente aliquo. vel iuſtum pati non iuſtum operante aliquo. Si autem ē ſimpliciter iniuſtum facere nocere volentem aliquem volentem aute ſcientem ⁊ quem ⁊ quot ⁊ vt. Incontinens autem volens nocet ipſe ſibi. volens vtiq; iniuſtum patiť ⁊ contingit ipſe ſibi iniuſtum facere. Eſt autem ⁊ hoc vnum aliquod dubitatorum ſi contingit ipm ſibi ipſi iniuſtum facere. Adhoc volens ſi quis ꝓpter incontinentiam ab alio ledatur volente. quaꝛ vtiq; erit volentem iniuſtum pati. vel non recta diffinitio. ſed apponendum ei quod ē nocere ſcientem ⁊ quem. ⁊ quot ⁊ vt. p̄ter illius voluntatem. leditur quidem igitur aliquis volens ⁊ iniuſta patitur. iniuſtum auteʒ patitur nullus volens. Nullus enim vlt neq; incontinens ſed preter voluntatem opatur. Neq; enī vult nullus quod nō exiſtimat eſſe ſtudioſum Incontinens autem quod non exiſtimat oportere operari. operatur alij autē que ipſius dat quemadmodum homerus ait. dare glaucum diomedi aurea ꝑ ereis centum boues ꝑ nouē bobus. non iniuſtum patitur ī ipo enim ē daꝛ iniuſtum autem pati autem non in ipo. ſed iniuſtum facientem: oportet exiſtere. de iniuſtum pati autem quidem igitur quoniam non volūtarium manifeſtum.

Iſtud ē capitulum quartū ſecūdi tractatus in quo phus mouet ⁊ ſoluit. 2. queſtōnes principales huius libri ⁊ ſecūduʒ hoc iſtđ capitulum continet duas partes principales. In prima principaliter mouetur ⁊ ſoluitur h queſtio. vtrum omne iniuſtum pati ſit inuolūtariuʒ. In ſecunda ibi. adhuc que preeligūtꝰ. P̄ncipaliter mouetur ⁊ ſoluitur queſtio q̄rens quis duoruʒ facit iniuſticiā circa diſtributiones vtrū diſtribuens alicui plus diſtribuēs ꝑter dignitatem vel ille qui plus recipit q̄ʒ eſt dignum. Prima pars continet tres ꝑticulas. In prima ponit materiam queſtōnis ⁊ format queſtioneʒ. In ſecunda ibi. vel quemadmodū Incipit ſoluere queſtionem motam ponendo aliqua ꝑambula que valēt ad ſolutioneʒ q̄ſtiōnis. In tertia ꝑticula ibi. Uel nō recta. Ponit perfectam ſolutionem huius queſtionis vtꝝ omne iniuſtum pati ſit inuoluntarium. In prima igiť particula mouet queſtionē ⁊ ponit materiam qōnis ⁊. 2º format queſtionem ⁊ ꝓſequitur queſtionem motam. Primo igitur ponit materiam queſtionis. Secundo format queſtionem. materia queſtōis ſumiť ex his q̄ predeterminata ſūt. vnde dicit ꝙ aliquis poſ

malicia incōtinētia non eſt māifeſtum. ſed quo forte. h. n. quidē preter electiōem. h autem ſm electōem eſt. Jnſuper ⁊ ſile quidem ꝯ̄ actiones: quēadmodum ꝙ de modolri ad mileſios. Mileſij. n. ſtulti quidem. n. nō ſunt. Operant̄ aūt qualia quidē ſtulti: ⁊ icontinētes iiuſti qui dē nō ſunt. iiuſta auteꝫ faciunt. qꝛ aūt hic quidem talis qualis nō pter perſuaſuꝫ eē perſequi eas que ſm ſupabundātiam. ⁊ pter rectam rationeꝫ corporales delectatōes. hic autem pſuaſus eſt pter talem eſſe qualem perſequi ipſis. Jlle quidem igitur facile tranſcredibil̄. iſte aūt nō. virtus eim ⁊ malitia pncipium. hec quideꝫ corrumpit. h autem ſaluat. in actionibus autē qō cuius gratia pncipium quēadmodum i mathematicis ſupponēt̄. Neq̄ vtiq̄ illic ratio edoctiua pncipiorum. neq̄ hic ſꝫ virt⁹ vel natural̄ vel aſſuefactiua: ei⁹ qō eſt recte opiari circa pncipiū. tēperatus quidem igitur talis. itemperatus aūt ꝯ̄trius. Eſt auteꝫ aliquis pter paſſiōꝫ exceſſiuus pter rectam rōem ꝙ̄ pter quidē nō agere ſm rectaꝫ ratiōem ſuperat paſſio. vt aūt ſit talis qualis perſuaſum hꝫ perſequi i pbibite oportere tales delectationes nō ſuperat. iſte eſt icontinens melior itemperato. ⁊ neq̄ prau⁹ ſimpliciter ſaluat̄ optimū principium. ali⁹ autem cōtrarius imanſiuus ⁊ nō exceſſiuus propter paſſionem. manifeſtum vtiq̄ ex h: qm̄ hic quidem ſtudioſus habitus. h aūt prauus.

Hec eſt ſcōa ps pncipalis hui⁹ capli. i qua phs ꝯparat cōtinētiaꝫ ⁊ itemperātiā ad iuicem ſm cōuenientiam ⁊ differentiaꝫ. ⁊ pmo ponit duas cōuenietias. Prima eſt ꝙ vtraq̄ ē aliqualr malicia. differunt tamē. quia itemperātia eſt malicia ſimplr. ſed incōtinētia eſt malicia quodāmodo nō ſimpliciter. ⁊ hec eſt ꝯcluſio. zi. huius libri. ſ. ꝙ incōtinentia nō eſt malicia ſimplr que pbat̄ ſic. omnis malicia ſimplr que opponitur virtuti morali eſt cum electōe. incōtinentia n̄ eſt cū electōne. incontinens eiꝫ peccat pter paſſioneꝫ non pter electioneꝫ. ḡ ⁊c̄ (Sꝫ ſimile quideꝫ) ſecunda cōuenientia eſt quia icontinētia ⁊ itemperantia ſunt ſimiles ꝯ̄ actiones. vterq̄ enim taꝫ icontinens ꝙ̄ intēperatus pſequitur delectationes corporales turpes que ſunt ſcōm tactuꝫ vel guſtum. vnde ſic eſt de icontinentibus ſicut quidaꝫ de medolri ad mileſios rephendens ipos dixit mileſij non ſunt ſtulti ſꝫ faciūt opera ſilia opibus ſtultorū Similr incontinentes nō ſunt mali ſimplr nec iiuſti nec intēperati: ſꝫ faciūt opera ſimilia operibus malorum itemperatorum ⁊ iniuſtorum. (Quia autem h qō talis) poſita cōuenientia inter incōtinentem ⁊ itemperatum. ponit drīam inter eos. ⁊ p̄ ponit drīam. z⁹. aſſignat ratōnem drīe. Drīa talis ē. ꝙ h. ſ. incōtinens eſt talis ꝙ nō eſt ſibi pſuaſum ad pſequendum delectatōnes corporales ſuperabūdantes. Non eniꝫ eſt icontinens ſic diſpoſitus ꝯ̄ habitum. vt ſit ei pſuaſum ꝙ tales delectatōes ſunt pſequēde tāꝙ̄ bone. Alius auteꝫ ē cui perſuaſuꝫ eſt ꝙ tales delectatōes ſunt eligēde ꝙ̄ per ſe bone. ⁊ hoc pter diſpōem quā hꝫ ex hitu. ⁊ talis eſt itemperatus. vn̄ breuiter hec eſt drīa iter incontinētē ⁊ itemperatuꝫ. qꝛ incontinens habet rectā exiſtimatōꝫ finis ſꝫ pp vehemētiā paſſiōis n̄ ſeq̄t̄ exiſtimatōꝫ quā hꝫ. ⁊ ſic rō recte perſuadꝫ ſibi Sed intemperatus non habet rectaꝫ exiſtimationem de fine. quia exiſtimat illud eſſe finem qō non eſt finis. puta voluptatem corporalem ⁊ ideo intemperato non eſt perſuaſum per ſuaꝫ rationem quis eſt verus finis pter ſe appetēdus. Notandum eſt ꝙ incontinens inſurgēte paſſione habet veram exiſtimationem de fine ⁊ de his que ſunt ad finem in vniuerſali ⁊ i habitu. ſed habet falſam exiſtimationem d̄ eis in particulari vel ſaltē n̄ habet veraꝫ exiſtimationeꝫ de eis in particulari. ⁊ ideo ceſſante paſſione de facili recedit a ſua opinione. ſed ille ꝙ ex habitu exiſtimant corporales delectationes per ſe pſequendas ⁊ eligendas. ſ. intemperatus non de facili recedit a ſua credulitate. quia habitus eſt de difficili mobilis (Virtus autem et malicia) viſa differentia inter cōtinentem ⁊ intemperatum aſſignat rationem differentie. ſcꝫ quare intemperatus non eſt ſanabilis nec penitiuus: ⁊ incontinens eſt ſanabilis ⁊ penitiuus. ⁊ ſm hoc probat duas concluſiones. Prima eſt ꝙ itemperatus non eſt ſanabilis nec penitiu⁹. ⁊ hec eſt concluſio. zz. que probatur ſic. Jlle qui errat circa principia in agibilibus nō eſt ſanabilis nec penitiuus. quia cum male fecerit non credit ſe male feciſſe. ⁊ ideo non penitet: ſed intemperatus errat circa principia i agibilibus. ideo intemperatus eſt inſanabilis ⁊ n̄ penitiu⁹. Maior patet. quia ſicut errans circa principia in ſpeculatiuis. puta in mathematici nō poteſt reuocari ab errore eo ꝙ pncipia non docentur cum non habeant priora per que poſſint doceri. ⁊ ita nec errās circa principia i agibilibus poterit reuocari a ſuo errore. nec poteſt ſibi ratione perſuaderi. ⁊ per cōſequens eſt inſanabilis ⁊ impenitiu⁹. quia non poterit ſanari nec penitere niſi reuocetur ab errore ſuo. vnde in agibilibus virtus naturalis vel aſſuefactiua. ſ. moralis facit rōne opinari circa principia agibilium. ⁊ ſic patet maior. ⁊ minor patet ex h ꝙ in agibilibus finis eſt pncipium ſicut in mathematicis ſuppones ſunt principia: ſed intemperatus errat circa finem agibiliuꝫ. quia n̄ habet rectam exiſtimationeꝫ de fine. exiſtimat enim voluptatem corporalem eſſe fineꝫ ſimplr ⁊ per ſe bonam. quod patet: quoniam virtus ⁊ malicia ſunt circa principium. malicia corrumpit principium. i. finem hoc eſt corrumpit rectā exiſtimationem de fine. ⁊ virtus ſaluat rectaꝫ rationem de fine. cum igitur intemperantia ſit malicia ⁊ temperantia ſit virtus. patet ꝙ intēperantia non habet rectam exiſtimationem de fine: quod eſt pncipium agibilium. et ita patet minor. ꝙ intemperantia erat circa principia in agibilibus. temperatus auteꝫ virtutem que ſaluat rectam exiſtimationem de fine. ⁊ ideo non errat circa finem. nec per cōſequens circa finē in agibilibus (Eſt autem aliquis) ſecunda concluſio quā h intendit. que eſt. zꝫ. eſt iſta. quia icontinens eſt ſanabilis ⁊ penitiuus. hec concluſio probatur ſic. ille qui habet rectam exiſtimationem de fine quāuis per vehementiaꝫ paſſionis non agat ſcōm rectam rōnem eſt ſanabilis ⁊ penitiuus ſed incōtinens habet rectaꝫ exiſtimationem de fine. quāuis propter vehementiam paſſionis non agat ſcōm rectam rationem. igitur incōtinens eſt ſanabilis ⁊ penitiuus. maior patet. quia ille qui habet rectam exiſtimationem in vniuerſali. ſ. in habitu de fine. licꝫ propter paſſionem operetur contra dictamen rationis. ceſſante tamē paſſione que cito tranſit habet rectam rationeꝫ in particulari ⁊ in actu de fine. ⁊ per illam ratōnem poteſt ſanari. ⁊ diſcredere quod prius credebat i particulari ⁊ i actu ⁊ penitere de malo quod fecit ſciens tunc in particulari ⁊ in actu ꝙ illud erat malum quod fecit exiſtens in vehementi paſſione. ⁊ minor pꝫ. nam incontinens habet rectam exiſtimationē de fine. tamen non agit ſcōm rectam ratōnem pter paſſionem quā per ratōneꝫ non ſuperat imo paſſio ſuperat rectam ratiōem. vnde incōtinens non eſt prauus ſimpliciter cum habeat rectam rationem. ⁊ per conſequens ſit ſanabil̄ ⁊ penitiuus (Et iſte incontinens eſt melior intēperato) ex hoc concludit cōcluſioneꝫ principalem huius capituli. ſ. ꝙ intemperatus eſt peior incōtinente. ⁊ poteſt poni quarta vel. 5. ratō ad dictam cōcluſioneꝫ. ⁊ eſt ratio talis. Jlle i quo ſaluatur optimuꝫ pncipiuꝫ. i. recta exiſtimatō de fine que eſt pncipium optimuꝫ eſt melior ꝙ̄ ille in quo non ſaluat̄ ſꝫ corrumpit̄ hi⁹ pncipiū. ſ. recta exiſtimatio de fine. ſed in incōtinente ſaluatur optimum pncipium. ſ. recta exiſtimatō de fine: ⁊ in itemperato nō ſaluatur hi⁹ principium. igitur incōtinens eſt melior. ⁊ per ꝯ̄ñs intemperatus eſt peior. Alius autem. ſ. cōtinēs ē contrarius incontinēti. ⁊ eſt imanſiuus. hoc eſt permanēs i ratōne recta ⁊ nō excedit ratiōem rectam pter paſſionem. Ex dictis igitur ē manifeſtum: ꝙ cōtinentia eſt habitus ſtudioſus: ⁊ incōtinentia habitus prauus ⁊ accipit hic habitum p diſpōne nō p habitu firmo. cum dicit incōtinētiam eſſe habitum. Jntelligendum ꝙ iſta concluſio itemperatus nō eſt ſanabilis: nec penitiuus. debet itelligi ꝙ̄tum ad difficultatem: nō quātum ad ipoſſibilitatem. nō enim eſt ipoſſibile itemperatum ſanari ⁊ penitere: ſꝫ eſt difficile. nō eim poteſt tolli habitus itemperātie niſi per lōgam ꝯſuetudiem ⁊ aſſuefactionem i actib⁹ ꝯtrarijs opib⁹ itemperātie.

## Capitulum nonum

in quo repetit ⁊ ſoluit dubitationem ſuperius poſitā. Utrum continens ſit immanſiuus omni opinioni: vel tantū recte ⁊ incōtinēs egreſſiuus ab omni oppinione: vel tantū a falſa ⁊ praua: ⁊ ꝙ aliqui laudabiliter diſcedunt a ſuis oppinionibus: ⁊ ꝙ aliqui vituperabiliter imanēt ſuis oppinionibus ⁊ quomodo cōtinētia conſiſtit in medio quēadmodū virtus ⁊ ꝙ ſm ſilitudiem cōtinētia dicitur temperantia ⁊ icōtinētia noiatur itemperātia.

## Uerum igitur conti

nēs eſt qui qualicunq̄ rationi ⁊ qualicūq̄ electiōi imanet vel qui recte, ⁊ icontinens autem qui qualicunq̄ non immanet electioni, et qualicunq̄ rationi vel qui falſe rationi.

⁊ electioni non recte. quēadmodum dubitatū
eſt ꝑus. vel ſcðm accidens ꝗ qualicūq; ꝯ ſeipſ
aūt ꝗ vere rōni ⁊ recte electioni. hic quidē ima
net. hic autem non imanet. ſi enim quis hoc ꝓ
pter hoc eligit: ⁊ ꝓſequitur ꝑꝫ ſeipm ꝗdem hoc
eligit ⁊ ꝓſequit̄. ꝑm accñs aūt qð ꝑius. ſimplr
autem dicimus ꝙ ꝑꝫ ſeipm. Quare ē gð vt qli-
cūq; opioni h gð imāet. h āt excedit. ſimplr āt
ꝗ vere. Sunt aūt quidam imanſiui opinioni.
Sunt aūt quos vocāt iſchirognomes. puta diſ
ficile ꝑſuaſibiles. ⁊ nō facile trāſuaſibiles. qui
ſiſe quidē aliquid hñt cōtinenti quale ꝓdigus
liberali. ⁊ audax cōfidenti ſunt aūt alteri ſcðm
multa. hic quidē. n. ꝓpter paſſionē ⁊ cōcupiam
nō tranſmutās cōtinenſ: qꝛ facile ꝑſuaſibilis ē
contingat erit ꝯtinens. h aūt non a rōe. qꝛ con-
cupias aſſumunt ⁊ ducunt̄ multi a delectatio-
nibus. Sūt aūt iſchirognomes ⁊ idrognomes
⁊ indiſciplinati ⁊ agreſtes. ⁊ hi quidē idrogno
mes aūt ꝓpter delectationem ⁊ triſticiam. gau
dent enim vincentes ſi nō tranſuadeātur ⁊ tri
ſtant̄ ſi infirma que ipoꝝ ſicut quēadmodū
ſnie. quare magis incontinēti aſſilant̄ q̄ conti-
nenti. Sunt aūt quidam qui his que videntur
non imanent nō ꝓpter incōtinentiam: puta in
philotete qui ſophoclis neoptolomus: q̄uis ꝓ
pter delectatōem non imanſit ſꝫ bonum. verū
dicere eim ipi bonum erat. perſuaſus eſt aūt ab
odiſſeo vlixe falſuꝫ dicere. non. n. omnis qui ꝓ
pter delectationeꝫ aliquid operat̄ eſt intempe-
ratus ſiue prau⁹ ſiue incontinēs. ſꝫ ꝗ ꝑꝑ turpē.

Iſtud eſt 9⁹ cap⁹ hui⁹ libri in quo ſoluit q̄r
tam dubitatōem ſuperi⁹ in dubitatōibus
poſitam. ſ. vtrum cōtinens ſit imanſiuuſ omni
opinioni vel tm̄ recte ⁊ incōtinens egreſſiuus
ab oī opione vel tm̄ a falſa ⁊ praua. ⁊ qūo ꝯtinē
tia hꝫ rōem mediȷ. ⁊ qūo ꝯtinētia dicit̄ tēperā-
tia. ⁊ in quo cōtinentia ⁊ temperātia ſunt ſiles.
⁊ cōtinet iſtud cap⁹ duas ꝑtes ꝑncipales. in ꝑ
ma repetit ⁊ ſoluit dubitatōem ꝑdictam. in ſa
ibi (Quia autem eſt aliquis) oſtendit qūo cōti-
nentia hꝫ rōem mediȷ. ſicut ⁊ temperātia. ⁊ cō-
parat cōtinentiā ⁊ temperantiam ad inuicem.
Prima pars cōtinet quatuor ꝑticulas. in ꝑma
mouet ⁊ ſoluit dubitatōem iam dcām. in ſecū-
da ibi (Sunt aūt quidaꝫ imanſiu) oſtēdit qūo
aliqui male ⁊ vituperabilr imanent ſuis opio-
nibus. in. 3. ibi (Sūt aūt iſchirognomes) oñdit
qūo tales vituperalr imanentes rōi ſe habent
ad incōtinentes. in quarta ibi (Sunt aūt qdā
oſtendit qūo aliqui laudabilr diſcedunt a ſua
opinione ſeu rōe. in ꝑma igitur ꝑticula repetit
⁊ ſoluit hanc dubitatōem. vtrum cōtinens ſit
imanſiu⁹ oī opinioni vel tm̄ recte. ⁊ incōtinēs
egreſſiuus ab omni opinione vel falſa tm̄ ⁊ pra
ua. vel format̄ ſic. vtrum incōtinens ſit qui nō
imanet electioni ⁊ qualicunq; rōni vel qui fal
ſe rōi tm̄ ⁊ electiōi non recte (Uel ꝑꝫ accidens

hanc dubitationē ſoluit ꝓhs. d. ꝙ ꝑꝫ accidens
pōt dici cōtinens ⁊ incōtinens ꝗ imanet vl̄ nō
imanet qualicūq; rōni. ſꝫ per ſe loquēdo dr̄ cō
tinens ⁊ incōtinens qui nō imanet vel imanet
vere electōi ⁊ recte rōni. ⁊ illð determiat ꝓhs. ſ.
ꝙ cōtinens ꝑ ſe imanet vere rōni ſeu opioni. ⁊
ꝑ accñs opinioni falſe ⁊ incōtinens ꝑ ſe imanꝫ
opinioni falſe. ⁊ per accñs opioni vere. ⁊ hec eſt
ꝯ: 24. que ꝓbatur ſic. ſicut illud qð queritur ꝓ
pter ſe ꝑ ⁊ ꝑ ſe querit̄. ⁊ illud qð querit̄ ꝓpter al
teꝝ ꝑ accñs querit̄. verbi gr̄a. ſi quis querit et
diligit dulce vinum ꝓpter hoc ꝙ eſt dulce ꝑ ſe
⁊ ꝑ querit ⁊ diligit dulce. et per accñs querit et
diligit qð ꝑius. i. vinum. ⁊ ſi quis eligit fel lo:
mellis ꝓpter ſiſitudinem coloris exiſtimans il
lud eſſe mel māifeſtū eſt ꝙ per ſe loquēdo que-
rit hoc ꝓpter qð eligit alteꝝ. vñ ꝑ ſe querit ⁊ eli
git mel: ſꝫ ꝑ accñſ querit ⁊ eligit fel eodē mō ſi
quis falſam rōnem exiſtimet eſſe veram imāet
illi rōni falſe putans eam eē veram. verbi gr̄a
Si quis putet ꝙ ē verum. bonum ē fornicari ⁊
imanet opiniōi de iſta ꝓpōne. ꝓpter hoc ꝙ opi
nat̄ illam eē verā. per ſe imanet vere rōni ⁊ opi
nioni. ⁊ per accñs falſe opioni. Et eodē mō ē de
icōtinente ꝗ egredit̄ ab opione falſa. ꝓpter hoc
ꝙ credit eā eē veram. igit̄ cōtinens ꝑ ſe imāet
rōi ſeu opinione vere. ſꝫ ꝑ accñs opioni falſe. ⁊
incōtinens ꝑ ſe imanet opinioni falſe. ⁊ ꝑ accñſ
opinioni vere. vñ pōt rō ſic formari. Quilibet
illi ꝑ ſe imanet cui ꝓpter ſe ⁊ non ꝓpter alteruꝫ
imanet. ſed ꝯtinens imanet rōni ⁊ opioni vere
ꝓpter ſe. ꝓpter hoc ꝙ eſt vera vel apparēs va
⁊ imanet rōni falſe ꝓpter alteꝝ qꝛ opiat̄ illā eē
verā: ⁊ icōtinēs imāet rōi falſe ꝑꝑ ſe. ⁊ egredit̄
ab opione falſa ꝑꝑ hoc ꝙ credit eā eē verā. igr̄
continens per ſe imanet rōni vere. ⁊ per accñs
rōi falſe. ⁊ incōtinenſ ꝑ ſe imanet rōni falſe. ⁊ ꝑ
accñs rōni vere. ⁊ per ſe egredit̄ a ratione vera
⁊ per accñs egredit̄ a ratione falſa. Notāda
ſunt h duo. ꝑ ꝙ ꝓhs in ꝓpoſito per imanere i
telligit intendere imanere. ꝯtinens. n. intendit
imanere rationi vere. ſed qñ imanet rōni falſe
non eſt verum de virtute ꝑmonis: ꝙ ipe imma
neat rōni vere niſi eadem ratio eſſet vera ⁊ fal
ſa: ſicut ille qui eligit fel loco mellis. non per ſe
eligit mel: ſed per ſe intendit eligere mel. vnde
de actu eligēte fel credente illud eſſe mel non
eſt verum dicere de virtute ſermonis ꝙ iſte eli
git mel. quia verum eſt ꝙ eligit fel: tamen intē
dit eligere fel. Et per accidens debꝫ intelligi ꝑ
ter intentōem. vnde eligens fel loco mellis: ꝑ
accidens eligit fel: qꝛ ꝑter intētionem eligit fel
⁊ ſic debet cōcluſio ꝓhi intelligi. ꝙ continenſ ꝑ
ſe imāet ⁊c̄. hoc ē itendi imanere opioni vē. ⁊ in
cōtinēs ꝑ ſe intēdit egredi ab opinione vera.
2°. eſt notandum ꝙ ly ꝑ ſe in ꝓpoſito dicit mo
dū cauſandi. ⁊ eſt 4⁹ modus ipius ꝑ ſe poſiti in
ꝑ poſterioꝝ. cum dr̄ ꝙ cōtinenſ ꝑ ſe imanet vl̄



ꝑ ſe intendit imanere rōni vere. in ſubō eſt cā ꝑ
dicati. nam ꝯtinens ſcðm ꝙ continens imanet
vl̄ intendit imanere rōni vere. Et ſi querat̄ in
quo genere cauſe eſt in ſubō cauſa ꝑdicati et ēt
h eſt ꝯtingens cōtinens imanet rōi vere: quia
poteſt eſſe falſa. ⁊ h ſilr eſt cōtingens cōtinens
intēdit imanere rōni vere. qꝛ non ſemꝑ duꝫ eſt
cōtinens actu intendit imanere rōni vere: ⁊ ꝓ-
poſitio ꝯtingens nō eſt per ſe. in aliquo mō ꝑ ſe
vt ſumit̄ i demonſtratiuis. Dicendum ꝙ i hac
ꝯtinens intendit rōni vere imanere. in ſubō ē
cā per ſe effectiua ꝑdicati. quia in continente i-
cludat̄ habitus ſeu diſpō que eſt cōtinentia et
incōtinentia eſt cā effectiua imāſionis ꝯtinentis
in vera opinione. nec oꝫ ꝙ oīs ꝓpoſitio ꝑ ſe 4°
mō ſit neceſſaria ſꝫ ſufficit ꝙ in ſubō ſit cā ſuffi
ciens ꝑdicati. ſiue illa cauſa ſit actiua ſiue paſ-
ſiua. h eſt. n. per ſe. 4°: edificator edificat. et tñ
non ē neceſſaria. ⁊ h eſt ꝑ ſe 4°: medicus ſanat
⁊ h ſilr. infirm⁹ ſanat̄. ⁊ tñ oēs iſte ꝓpōnes ſūt
contingētes. Uel pōt dici ꝙ ꝑ ſe in 4° modo nō
dicit modum predicandi nec determinat cōpo
ſitionem vnientem ꝑdicatuꝫ cum ſubiecto: ſed
determinat ſubm̄. vnde hec non eſt per ſe medi
cat ſanat. tñ h eſt vera. medicus per ſe ſanat. ꝑ
ꝙ ly per ſe eſt determiatio ſubi: ⁊ eſt ſenſus me-
dicus ꝑm ꝙ medic⁹ ſanat. h eſt in medico eſt ꝑ
ſe cā ſanitatiſ. ſ. ars medicine (Sunt aūt quidā
imanſiui) hec eſt ſecūda ꝑticla in qua oſtendit:
qūo aliqui male ⁊ vituꝑabilr imanent ſuis opi
nionib⁹ ⁊ ſermonib⁹. ⁊ qūo iſti ſe habent ad cō
tinentes ⁊ dicit ꝙ ſunt quidā min⁹ imanentes
ꝓprijs opinionibus ⁊ ſermonibus. ⁊ ſunt illi q̄ſ
hoies vocant iſchirognomos. i. pertinaces. qui
bus ſi aliqd ſit ꝑſuaſum: ita ꝙ hēant opionem
de aliquo nō de facili trāſmutāt̄ de illa opione
aut ſi aliqd dixerit illud oio volunt ſuſtinere.
⁊ illud maxīe vr̄ accidere melancolicis ꝗ de diſ
ficili recipiūt ⁊ recepta fortiter retinent ad mo
dū terre (Qui ſiſe) tales ſūt ſiles ꝯtinēti in hoc
ꝙ imanent ſuis opinionib⁹. ꝑ exceſſum. n. hñt
illud qð hꝫ cōtinens. ſ. imanere ꝓprie opioni ſi
cut ꝓdigus habet ꝑ exceſſum illud qð pertinet
ad liberalitatem. ſ. dare ⁊ ꝯſumere. vñ tales ꝑ-
tinaces plus imanent ſuis opionibus ⁊ dictis
q̄ debent. ſꝫ cōtinens imanet ſue opioni ꝑm ꝙ
dꝫ ⁊ ſcðꝫ ꝙ oꝫ (Sunt aūt) dr̄nt antē predicti ꝑ
tinaces a ꝯtinente. qꝛ ꝯtinens imanet ſue rōi ⁊
nō trāſmutat̄ ab ea ꝓpter paſſionē ſꝫ ꝓpter for
tioreꝫ rōnem pōt mutari a ſua opinione ⁊ i hoc
ē laudabil: ſꝫ pertinax nō permutat̄ a ſua opio
ne ꝓpter aliquā rōem: ſed ſumūt ꝯcupias ⁊ du
cunt̄ mlti a delectatōib⁹ extra rōem: ⁊ ita ſunt
vituꝑabiles: qꝛ nō permittunt ſe vinci aliqua
rōe ⁊ tñ vincunt̄ paſſione. Intelligendū eſt h
ꝙ aliquiſ pōt remoueri a ſua opioe dupliciter.
vno mō ex ꝑte rōis vt ſi ſuꝑueniat aliq̄ rō for-
tior. Alio° ex ꝑte paſſionis. q̄ peruertit iudiciū

rōis in ꝑticulari. hec eſt igit̄ drīa ꝙ cōtinens ñ
tranſmutat̄ a ſua opione ꝓpter paſſionē ꝯcupi
ſcentie. ſꝫ qñq; eſt hñ ꝑſuaſibil̄ ab alia rōe me-
liori inducta: ſꝫ pertinax nō mutat̄ a ſua opioe
ꝓpter aliquā rōem: ſꝫ imanet ſue opioni ꝓpter
paſſioneꝫ nec trāſmutat̄ ab illa niſi h ſiunt ꝑꝑ
vehementeꝫ paſſionem (Sunt qdē iſchirogno
mones) hec eſt. 3. ꝑticula in qua narrat qualr ꝑ
tinaces ſe hñt ad incōtinētē. Iſti. n. pertinaces
aſſilant̄ incōtinenti ꝓpter hoc ꝙ aliquā delēa
tōneꝫ nimis querūt ⁊ aliquā triſticiā nimis fu
giunt. multi. n. gaudent ⁊ delectant̄ qñ ꝯferen-
do cū alijs vincunt vl̄ apparent vincere: ſꝫ nō
tranſmutant̄ a ſua opione ꝓpter aliquā ſuaſio
nem ⁊ multuꝫ triſtant̄ ſi eoꝝ ſnīe vel opiones
appareant ifirme: ita ꝙ oꝫ eas deſerere: ⁊ in h
cōueniunt cuꝫ icontinente ⁊ molli qui ſuꝑabū
dāter appetūt delectatōeſ ⁊ fugiunt triſticiaſ ⁊
ſic pꝫ ꝙ ꝑtinaces magis aſſilant̄ incontinēti q̄
ꝯtinēti iſti ſit ꝑtinaces in defenſione ſuaꝝ opio
num ⁊ ſermonū dicunt̄ iſchirognomōes ⁊ idro
gromes. i. ꝓprie ſnīe vel ꝓprij ſenſus. ⁊ ſunt in
diſciplinati: qꝛ nolunt ab illo inſtrui. ⁊ dicunt̄
agreſtes: qꝛ ſemꝑ volunt ſequi ꝓprium ſenſuꝫ
⁊ non poſſunt de facili cum alijs cōmorari. Eu
ſtracius dicit ꝙ iſti ꝑtinaces volunt ⁊ amāt ſer-
mones ipoꝝ. ⁊ ſiquid ſimplr dicant quēadmo
duꝫ ſnias ⁊ leges tenere. ⁊ ſi die exiſtente dicāt
ꝙ nox eſt nolunt aliquem ſibi contradicere.
(Sunt autē quidaꝫ in his) hec eſt. 4. particla
in qua narrat qūo aliqui deſcendūt laudabilr
a ſua opinione vl̄ rōne: ⁊ ſunt illi qui nō ꝓpter
incōtinentiā nō imanēt ⁊ recedunt a ſua opini
one: ſed ꝓpter bonum virtutis. ⁊ ponit exēplū
de Neoptolemo i phylotete ſophoclis. i. i libro
Sophocliſ de phylotete. qui fuit perſuaſus ab
Ulixe ꝙ diceret falſum ꝓpter vtilitatem pr̄ie
⁊ illius opinionis fuit ꝙ bonum eſſet mentiri
ꝓpter vtilitatē patrie. ſed illi perſuaſioni ⁊ opi
nioni nō imāſit ꝓpter amorem veritatis. ⁊ fec̄
hoc. ſ. trāſmutabat̄ ab illa opione ꝓpter aliquā
delectationē non malā ſed bonam. delectabile
eim ſibi videbat̄ dicere verū. nec tamen ꝓpter
hoc fuit incontinēs vel intemperatus: nō eim
omnis qui ꝓpter delectationē aliquid operat̄
eſt intēperatus aut prau⁹ aut icontinens. ſꝫ ſo
lum ille qui ꝓpter turpem delectationem opa
tur aliquid turpe.

Quia autem aliquis eſt
talis qual̄ min⁹ q̄ oꝫ corporalib⁹ gaudēs. ⁊ nō
imanēs rōni. talis h⁹ ⁊ incontinētis medi⁹ cō
tinens. Incontinēs quidē. n. nō imanet rōi ꝑꝑ
mai⁹ aliqd. Iſte aūt ꝓpter min⁹ aliquid ꝯtinēt
aūt imanet ⁊ non ꝑꝑ alteꝝ trāſmutat. oꝫ aūt ſi
qdeꝫ ꝯtinētia ſtudioſuꝫ vtroſq; ꝯrios habitus
prauos. quēadmodū ⁊ apparēt. ſ. ꝓpter alteꝝ i
paucis ⁊ raro eē manifeſtū. quēadmodū tēpꝛ-

rãtia ĩtẽperãtie. videt̃ ꝯtrariũ eſſe ſolũ ſic ⁊ cõ
tinẽtia incontinẽtie. Qꝛ aũt ſm ſilitudiez mĩta
dicũt̃ ẽt ꝯtinẽtia q̃ tꝑati ſ ſilitudiez ꝯſecuta ẽ.
⁊.n. ꝯtinẽs potẽs nihil ꝑter rõez ꝓpter corpa-
les delectatões facere ⁊ tꝑat᷒. ſʒ hic quidẽ hñs
hic aũt nõ hñs prauas ꝯcupias. ⁊ hic qdẽ tal'
qual' nõ delectari ꝑter rõnez. h aũt qual' delc̃a
ri. ſʒ nõ duci. Siĺis ãt ⁊ incontinẽs ⁊ ĩtempera
tus alteri quidẽ exñtes. vtriqꝫ aũt corpalia de
lectabilia ꝓſequẽt̃: ſʒ h quidẽ ⁊ exiſtimãſ opor
tere. h autem non exiſtimans.

HEc eſt ſa ps ꝑncipal' h᷒ capituli. in q̃ oſtẽ dit quõ ꝯtinẽtia hʒ rõem medij ſic ⁊ temperãtia q̃ eſt virt᷒ ⁊ ꝯpat ꝯtinẽtiã ⁊ tẽperantiã ⁊ incontinẽtiã ⁊ ĩtẽperantiã ad iuicẽ. ⁊ cõtinet tinet duas pticulas. in pma oſtẽdit ꝯtinẽtiam eẽ in medio. in ſa ibi (Qꝛ aũt ſʒ ſilitudiem ꝯparat ꝯtinẽtiã ⁊ tẽperãtiã ⁊ ẽt icontinẽtia ⁊ intẽperãtiã ad inicem. in pma igr̃ pticl'a oñdit phs ꝙ ꝯtinẽtia ẽ mediũ ⁊ q̃ꝛ eſt mediũ. ꝓbat igit̃ p̃ ꝙ ꝯtinẽtia ẽ quedã medietas laudabil' ſiue ꝙ ꝯtinẽs ẽ qddã mediũ. ⁊ h ẽ ꝯ̊ 25. que ꝓbat̃ ſic. vbicũqꝫ repiũt̃ ſupabũdãtia ⁊ defect᷒ vitupabiles ibi ẽ medietas iter ſupabũdantiã ⁊ defectũ laudabil'. ſʒ circa ꝯcupias delectationũ cõporaliũ repiunt̃ ſupabũdãtia ⁊ defect᷒ vitupabiles. nã aliquis eſt ſic diſpoſitꝰ ꝙ pl᷒ gaudet corpalib᷒ delectatõib᷒ q̃ʒ oꝫ ⁊ nõ pmanet in ratione ⁊ talis eſt incõtinens ſicut p̃us viſum eſt ⁊ aliquis minus gaudet corporalib᷒ delectationibus q̃ʒ opꝫ ⁊ non pmanet ĩ rõne iudicando ꝙ talib᷒ delectationib᷒ eſt vtendũ vt oꝫ ⁊ ille qꝛ eſt rarus eſt innoiatus. igit̃ circa delectationes corporales eſt aliqs medi᷒. qui nõ pl᷒ gaudet corpalib᷒ delectatiõibus q̃ʒ oꝫ nec minus: ⁊ ille medius eſt ꝯtinens. De hac rõe ponit̃ in textu minor ⁊ ꝯ̊ ⁊ addit dicens ꝙ iſte. ſ. incontinens non ĩmanet rõni ꝓpter aliquid mai᷒. ille autẽ. ſ. deficiẽs non ĩmanet rõi ꝓpter aliqd min᷒ hic eſt icontinẽs qui vl't plus vti delectationib᷒ ⁊ ille deficiens q̃ min᷒ vult vti delectatõnib᷒. iõ non ĩmanet rationi. qꝛ min᷒ vult vti delectationib᷒ q̃ʒ oꝫ. ſʒ ꝯtinẽs ĩmanet rõi ⁊ non tranſmutat̃ neqꝫ ꝓpter maius neqꝫ ꝓpter minus (Oportet aũt ſiquidẽ) ⁊ qꝛ cõtinentia ẽ habitus ſtudioſus. i. virtuoſus oꝫ ꝙ vterqꝫ hitus extremus ſit prauus. qꝛ tñ aliter. ſ. habitus deficiens non eſt noiatus. qꝛ raro ⁊ in paucis iuenit̃. raro. n. inuenit̃ ꝙ aliquis egrediat̃ a ratõe minus. iõ videt̃ ꝙ temperantia eſt ꝯtraria intemperantie ſolum. qd̃ tamẽ non eſt veruz. poſſet autem poni h vna ꝯ̊. ſ. qd̃ habitus ſeu diſpoſitões ꝯtrarie ꝯtinentie ſunt praue. ſ. incontinẽtia ⁊ iſenſibilitaſ. ⁊ hec eſt ꝯ̊ 26. que ꝓbatur ſic Continẽtia eſt bona ⁊ ſtudioſa: ſed ſolum nõ ꝯriat̃ bono. ſʒ ſolũ prauũ ꝯ̃ratur bono. iõ diſpoſitiones ꝯtrarie ꝯtinentie. ſ. incontinẽtia ⁊ iſenſibilitas ſũt praue (Quia aũt ſ ſilitudinẽ) hec eſt ſcđa particula ſcđe ptis in qua ꝯparat continẽtiã ⁊ tẽperãtiã: ſilr̃ incõtinentiam ⁊ intemperantiã ad inicẽ. ⁊ p̃ narrat ꝙ ꝓpter ſilitudinez iter ꝯtinentẽ ⁊ temperatuz. incõtinens dicitur qñqꝫ itemperat᷒. ⁊ incontinẽtia qñz ſequit̃ modũ intẽperantie ſeu nomen (Etenĩʒ ꝯtinens) et ẽ ſilitudo iter ꝯtinentem ⁊ tẽperatum. qꝛ tã cõtinens q̃ʒ temperatus hʒ facultatẽ vt nihil preter rõnem operet̃ ꝓpter delectationes corporales (Sʒ h qdem habens) ſʒ dr̃nt ꝯtinentia ⁊ tẽperantia. ⁊ hec eſt ꝯ̊ 27. ſ ꝙ ꝯtinẽtia ⁊ temperantia differunt que ꝓbat̃ duplr̃. ſ ꝙ duplr̃ differunt ꝯtinẽtia ⁊ tẽperantia. p̃ ſic. cõtinens hʒ prauas ꝯcupias ſʒ itemperat᷒ nõ habʒ prauas ꝯcupias ſʒ ordiatas ⁊ moderatas p habitũ tẽperãtie (Et h quidẽ) 2ᵒ ꝓbat̃ ſic. tẽperat᷒ eſt ſic diſpoſit᷒ p habitũ tẽperãtie ꝙ nõ delectat̃ preter rõez ſʒ ꝯtinẽs ẽ ſic diſpoſit᷒ ꝙ delectat̃ preter rõnem q̃uis non ducat̃ a paſſione. g̃ ⁊c̃ (Similr̃ aũt ⁊ incõtinens) ꝯpat icontinẽtem ⁊ intẽperatuz ad iuicez ſ ꝯueniẽtiã ⁊ dr̃iam. cõueniunt. n. in hoc ꝙ vtriqꝫ. ſ. icontinẽtia ⁊ itemperãtia ſiue icontinens ⁊ itemperat᷒ ꝓſequũt̃ delectabilia corpalia (Sʒ h qdem) incõtinẽs ⁊ itẽperat᷒ differunt. ⁊ hec ẽ ꝯ̊ 28. que ꝓbat̃ ſic. Intemperat᷒ p habitũ itemperãtie puertentẽ rez iudiciũ rõis opinat̃ delectabilia corporalia eẽ ꝓſequenda. ſed hic. ſ. incõtinens non opinatur hi᷒ delectabilia eſſe ꝓſequenda. qꝛ in eo ſaluat̃ pn᷒. ſ. iudicium. vt dictũ eſt ſupra.

# Capitulum decimuz

in quo oſtendit̃ ꝙ icontinens non ẽ prudens: ⁊ qualr̃ ſe habẽt ad inuicem. prudẽs et incõtinens: ⁊ ꝙ incõtinens nõ eſt ſimplr̃ mal᷒ ſʒ ſeimalus ⁊ ꝙ nullus icontinens agit icontinẽter ex ꝯſilio. et ĩ hoc ꝯueniunt oẽs icontinentes: et ꝙ icontinẽs irrefrenat᷒ eſt ſanabilior q̃ʒ icontinens debilis: ⁊ ꝙ incõtinens ꝓpter ꝯſuetudiem eſt ſanabilior q̃ʒ incõtinens p naturaz.

NEqꝫ ſimul pruden tem ⁊ incõtinẽtem ꝯuenit eſſe eundem ſimul enim prudens ⁊ ſtudioſus oſtẽſum ẽ ens Adhuc nõ in ſcire ſoluz prudens. ſed ⁊ in eo qd̃ practicus icõtinẽs aũt nõ practic᷒. Deide aũt nihil ꝓhibet icõtinentẽ eſſe ꝓpter qd̃ et vident̃ qñz prudẽteſ eẽ quidã icõtinẽtes aũt ppi dinoticã differre a prudẽtia: ſ dcm̃ modũ ĩ pmiſ ſermonib᷒. ⁊ ſ qdẽ rõnem ppe eſſe. differre ãt ſm electiõem. Neqꝫ vtiqꝫ vt ſciens ⁊ ſpeculãs: ſed vt dormiens ⁊ vinolent᷒ ⁊ volens qdem. ſ modũ. n. quẽdam ſciens. ⁊ quid facit ⁊ cui᷒ gratia malus autem non. Electio. n. aũt epyiches q̃re ſeimalus ⁊ non iiuſtus. nõ. n. inſidiator.

IStud eſt. 10ᵐ cap᷒ pmi tractat᷒. in quo ſoluit̃ ſecunda dubitatio ſuperius mota. ſcilʒ vtrum aliqs poſſit eſſe ſil' prudens ⁊ incõtinẽs ⁊ ꝯparat ad inuicem incõtinentem ⁊ prudẽtez ⁊ etiã cõparat diuerſas incõtinẽtias iter ſe: ſʒ cõueniẽtiam ⁊ dr̃iam. Iſtud cap᷒ ꝯtinet duas ptes ꝑncipales. in pma phs cõparat incõtinẽtem ⁊ prudẽtem ad inuicem. in ſcđa ibi (Hec q̄dem nõ ipoꝝ) cõparat diuerſas incõtinentias ad inuicez. Prima pars ꝯtinet duas particl'as in pma declarat ꝙ incõtinentia ⁊ prudẽtia nõ pñt eſſe ſiml' in eodẽ ſubiecto. in ſcđa ibi (Et ſ q̄dem rõem) cõparat prudẽtem ⁊ incontinẽtem ad inuicez ſʒ cõueniẽtiã ⁊ differẽtiam. in pma igit̃ particl'a declarat ꝙ nõ eſt poſſibile aliquẽ eſſe prudẽtem ſimul ⁊ incõtinẽtem. ⁊ hec eſt ꝯ̊ 29. que ꝓbatur duplr̃. p̃ ſic. nullus põt eſſe ſil' ſtudioſus ſm virtutem moralem ⁊ incõtinens ſʒ ois prudens eſt ſtudioſus ſ virtutem moralem. igitur nõ eſt impoſſibile ꝙ aliquiſ ſiml' ſit prudẽs ⁊ incõtinẽs. maior pʒ. quia nullus ſtudioſus ſm virtutẽ moralem deducitur ſeu vincit̃ a paſſionibus: ſʒ ois incõtinens deducitur ⁊ vincit̃ a paſſionibus. g̃ ⁊c̃. Maior eſt manifeſta ⁊ minor pʒ. ex 6ᵒ hui᷒. vbi ꝓbatur ꝙ prudẽſ habet omnes virtutes morales: Intelligẽdũ eſt h ꝙ in 6ᵒ huius ꝓbatum eſt ꝙ habẽs vnaz virtutem moralem habet oẽs virtutes morales. quia qui habet vnam virtutem moralem pfecte. habet pfecte prudẽtiam. ⁊ qui habet perfecte prudẽtiam habet oẽs virtutes morales. Si g̃ aliquis eſſet ſimul ſtudioſus ſm virtutez moralem ⁊ incõtinens oporterʒ ꝙ ſimul haberet incõtinẽtiã ⁊ oẽs virtutes morales: ſʒ hoc eſt impoſſibile: quia ſic eſſet ſimul temperatus ⁊ incõtinens qd̃ ñ eſt poſſibile. quia temperat᷒ nõ vincit̃ a cõcupiſcentia delectationũ tactus ſed incõtinens vincit̃ ab huiuſmõi delectationibus: ⁊ ſic ſimul vinceret̃ ⁊ nõ vinceret̃ ab eiſdez: quod eſt ipoſſibile (Adhuc nõ in ſcire ſo᷒) 2ᵒ ꝓbatur ꝯ̊ ſic. non ſolum dr̃ aliquis prudẽs ex hoc ꝙ eſt ſciens: ſʒ ex hoc ꝙ eſt ſciens ⁊ practicus. i. operatiuus bonoꝝ ⁊ ex hoc arguit̃ ſic. Omnis prudens neceſſario eſt practicus bonorũ: ſed incõtinenſ nõ eſt practicus bonoꝝ. ergo ⁊c̃. Notandum ẽſt h: ꝙ phs 6ᵒ hui᷒ diſtiguit prudentiam in tres partes. ſ. in cõſiliatiuã: iudicatiuã ⁊ executiuã ſeu ꝑceptiuam executõiſ. Si enim quis habeat bonam cõſiliatiuaz. que conſiſtit in bona inquiſitione medioꝝ ad finez ⁊ etiam habeat bonam iudicatiuaz. ita ꝙ hẽat rectum iudiciuz de medijs. ſ. qd̃ medium plus valeat ad finem. ⁊ qd̃ minus. ⁊ nõ habeat executiuam ſeu ꝑceptiuam executionis nõ eſt prudens modicum. n. pdeſt cõſiliari ⁊ iudicare: et nõ exequi cõſiliata ⁊ iudicata. iõ oporꝫ omnẽ prudẽtem eſſe practicum. hoc eſt executiuũ hñ conſiliatorum ⁊ iudicatoꝝ. vnde per practicuz in ꝓpoſito intelligit exequẽtem vel ꝑcipiẽtem exequi rc̃e iudicata (Demum) ſed q̃uis prudẽtes nõ ſint incõtinenteſ: tñ qñqꝫ exiſtimant̃ eſſe incõtinentes ꝓpter hoc ꝙ deinij ſeu dinotici. i. ingenioſi ſeu induſtrij. qñqꝫ ſunt incontinẽtes. ⁊ dinotici exiſtimant̃ eſſe prudẽtes. iõ creditur qñqꝫ ꝙ prudẽtes ſint incontinẽtes ꝙ tñ non ẽ veꝝ. nõ enim oꝫ ꝙ deinij ſint prudẽtes ſʒ ꝙ declaratũ eſt in 6ᵒ huius. prudentia. n. ſ dinoticã addit intentõem ad finem bonum (Et ſm qdẽ rõnem) hec eſt ſcđa particula: in qua phs ꝯpat incõtinentem ⁊ prudẽtem ad inuicem ſcđm cõueniẽtiã ⁊ dr̃iam ⁊ intendit dicere ꝙ prudens ⁊ incõtinens aſſilant̃ ſ rõz. i. aſſilant̃ in hoc: ꝙ vterqꝫ habet rõem rectam ⁊ differunt ſ electionem: quia prudens ſequit̃ rectam electiõem ⁊ rectum iudicium rõnis: ſed incõtinens non ſequitur rectam rõnem ſed paſſionẽ (Neqꝫ vtiqꝫ vt ſciens) ſed q̃uis prudens ⁊ incõtinens conueniant in hoc: ꝙ vterqꝫ habet rectaz rõem: tñ alio mõ ⁊ alio habent rõem. qꝛ incontinens nõ eſt ſciens in habitu ⁊ ſpeculans ĩ actu pticularia circa que negociat̃: ſʒ ſe hʒ ſicut dormiẽs ⁊ vinolentus in quib᷒ habitus rõnis eſt ligatus incõtinens aũt peccat voluntarie ⁊ ſciens: qꝛ ĩ vl'i ſcit quid facit. ⁊ ſic de alijs circũſtãtijs: nõ tñ eſt incõtinens malus qꝛ non agit ex electõe ſʒ electio eius ẽ epyiʒones. i. bona. ſ. qñ eſt extra paſſionem: ſed qñ ſuperuenit paſſio corrũpitur eius electio ⁊ vult malum. ⁊ ita pʒ. ꝙ ſm electionem differt incõtinẽs a prudẽte. quia prudẽtis electio non corrumpit̃: ſed incõtinentis electio corrumpit̃ (Quare ſemimalus) ex p̃dictiſ ſequit̃ ꝙ incontinens non eſt malus cum hẽat rõnem rectam. ſed eſt ſeimaluſ. ⁊ h põt poni cõcluſio. 30. ſ. ꝙ incõtinens eſt ſeimalus que ꝓbat̃ per hoc ꝙ ad maliciã requirunt̃ duo. ſ. peruerſitas appetitus ⁊ corruptio rõnis. quicũqꝫ igit̃ habet vnum iſtorũ ⁊ non reliquũ eſt ſeimalus. quia habet medietatẽ malicie. ſed incontinens nõ hʒ rõem corruptã: ſed habet rõem rectam in vl'i: qñ paſſio inſurgit: ⁊ hʒ rõem rectã in pticulari ⁊ in actu ceſſante paſſione ⁊ incõtinens hʒ peruerſum appetitũ. qꝛ volũtarie operat̃ malũ. igitur incõtinẽs ẽ ſeimalus ⁊ nõ ſimplr̃ iniuſtus nec inſidiator: quaſi ex ꝯſilio ⁊ electione agens maluz: qd̃ intelligenduz eſt ꝙ ex habitu incontinentie non ẽ malus nec inſidiator: ex alio tamen habitu poteſt eſſe malus ⁊ inſidiator.

Hic quidem eniz ipſorum nõimanſiuus qbus vtiqꝫ cõſiliabit̃. melãcolicus aũt nʒ cõſiliatiu᷒ totalr̃. ⁊ aſſilat̃ vtiqꝫ incõtinens ciuitati cui calculãti oia neceſſaria ⁊ leges habʒ ſtudioſaſ. vtitur aũt nulla quẽadmodũ anaxãdrides ꝯuiciat᷒ ẽ ciuitas volebat cui legum nihil ẽ cure. malus autez vtenti quidẽ legib᷒. malus aũt vtentibus. Eſt aũt incõtinentia ⁊ continentia circa ſupexcellens mĩtoꝝ hitũ. h qd̃. n. magis ĩmanet. h ãt min᷒ plus põ.

ſanabilioꝛ aũt incõtinentiaꝝ ſm quã malãco-
lici incontinẽter agunt cõſiliatiuũ non imanẽ-
tiuz aũt. Et per conſuetudinem incontinentes
naturalibꝰ. facilius. n. cõſuetudinez tranſmu-
tare natura. ꝓpter hoc. n. cõſuetudo difficilioꝛ:
qm̃ nature aſſilatur queadmodũ ⁊ Enniꝰ dicit
aio diuturnã meditationem imanere amice. et
vtiqꝫ opoꝛtet hanc hoibus ſinientẽ naturã eſſe
Quicqd igiꝰ cõtinentia ⁊ quid icontinentia et
pſeuerantia ⁊ mollicies. ⁊ qualr̃ habent hiꝰ hi
ad inuicem dictum eſt.

VIſa ꝯparatione incõtinẽtis ad prudentez
hic in ſecũda parte ꝑncipali huiꝰ capitli.
cõparat diuerſas incontinẽtias ad inicez: ⁊ cõ
tinet duas pticulas. in pma cõparat diuerſos
incõtinentes ad inuicez ſm cõuenientiã. in. z.
ibi (Sanabilioꝛ aũt) cõparat incõtinentes ad
inuicẽ ſcdꝫ dr̃iaz. in pma ergo particula inten-
dit dicere ꝙ oẽs incontinẽtes cõueniũt in h ꝙ
non agunt incõtinenter ex cõſſ: ⁊ poteſt h poni
ꝯ. zi. ſ. ꝙ nullus incontinẽs agit incõtinenter
ex cõſilio. ſ. rcẽ rõnis. hec concluſio pꝛobaꝰ ſic.
Omnis incõtinens vel eſt incontinens debilis
vel incõtinenſ ꝑuolans ſeu irefrenatꝰ. ſed neu
ter iſtoꝝ agit ex ꝯſilio. ǵ nulluſ incõtinenſ agit
ex ꝯſilio. maioꝛ pꝫ ex pcedentibꝰ. ⁊ etiaz per di
uiſionez ꝑ cõtradictionem. qꝛ ois incontinens
vel eſt cõſilians ꝗ opoꝛtet opari vl̃ nõ eſt ſic cõ
ſilians ꝑmõ eſt incõtinens debilis. zꝰ: eſt icõ-
tinens ꝑuolanſ. ⁊ ſic pꝫ maioꝛ. et minoꝛ declara
tur. Naz h. ſ. debilis ꝯſiliaꝰ: ſed non imanet cõ
ſilio. ⁊ ita incõtinens nõ operaꝰ ex conſilio. ſilr̃
incõtinens ꝑuolans. ſ. incõtinens melancoli-
cus nulloꝰ ꝯſiliaꝰ. ſꝫ ſtatim abſqꝫ aliqua delibe
ratõe ſequiꝰ paſſionez. ⁊ ita incõtinens ꝑuolãſ
nõ agit ex cõſilio cuz totalr̃ nõ conſilieꝰ (Et aſ
ſilatur vtiqꝫ) ⁊ qꝛ incõtinenſ debilis nõ imanꝫ
conſilio. iõ aſſilatur ciuitati cui calculanꝰ ⁊ ꝓ-
uidenꝰ oia neceſſaria ciuibꝰ bonaſqꝫ leges hñ-
ti: ſed eis non vtenti: ſicut dixit quidã Anaxan
drides ꝯuiciando ⁊ vituꝑãdo ꝙ quedã ciuitaſ
volebat habere leges: ſꝫ cuilibꝰ nõ erat cura d
obſeruantia legum. Eodẽ modo incõtinens de
bilis hꝫ rõnem ⁊ cõſilium: ſed nõ vtitur ꝯſiꝰ: qd
habet. Malus aũt. ſ. intemperatꝰ aſſilatur ci-
uitati vtenti legibꝰ ſꝫ malis (Eſt autem incon-
tinentia) ⁊ ꝗuis incõtinens nõ vtaꝰ rõne quã
habet. ⁊ continens vtaꝰ rõne. non tñ quilibꝫ ex
ceſſus a recta rõne facit incõtinentẽ. ſꝫ cõtinẽ-
tia ⁊ incõtinentia dicunꝰ ſcdꝫ illud qd excellit
habitũ ⁊ facultatem multoꝝ. cõtinens. n. ima
net recte rõni magis ꝗ multi poſſt. qꝛ vincit cõ-
cupiſcentias a quibus multi vincunꝰ ⁊ incon-
tinens minus imanet rõni quã multi poſſunt
qꝛ vincitur a cõcupiſcentijs quas multi ſupãt
(Sanabilioꝛ aũt) hec eſt ſcda particula ſcde ꝑ-
tis ꝑncipalis. in qua phs ꝯparat incõtinentes
ad inuicem ſm differentiã. ⁊ pmo comparat in

cõtinentem ꝑuolantem ⁊ incontinẽtem debilẽ
ad inuicẽ ſ[m] dr̃iam. ⁊ eſt differentia in hoc ꝙ in-
cõtinenteſ incõtinentia quã hñt melãcolici. i.
incõtinentes preuolantes ſunt ſanabiliores ꝗ
incõtinentes debiles cõſiliantes ⁊ nõ imanen
tes his que cõſiliata ſunt. ⁊ hec fuit vna ꝯclu-
ſio huius libri ſuperius in 4.ᵒ caᵒ poſita ⁊ pba
ta. vel equipollens. ⁊ ratio huius cõcluſionis
eſt. quia illi qui habent ꝯſilium magis poſſunt
vitare malum ꝗ illi qui non habent conſiliuz
cum igiꝰ non vitent malum ſed operenꝰ malũ
ſequiꝰ ꝙ illi habẽtes conſilium ſũt magis ma-
li ⁊ minus ſanabiles. Alij autez ꝑuolantes nõ
habẽtes ꝯſiliuz habito ꝯſilio magis ⁊ facilius
poſſunt ſanari (Et ꝑ conſuetudiem) cõparat in
cõtinentes alio modo differẽtes ſm dr̃iam ad
inuicem intendens ꝙ incontinẽtes ꝓpter con-
ſuetudinem ſunt ſanabiliores ꝗ icontinentes
per naturam. ⁊ hec eſt ꝯcluſio. 3z. que pbaꝰ ſic
incõtinentes ꝓpter cõſuetudiem ſunt ſanabi-
liores per mutationem ſeu variatiõem conſue
tudinis aut illius ad quod ꝯſuetudo iclinat. ⁊
incõtinentes ꝓpter naturaz ſeu ꝓpter inclina
tionem naturalis cõplexionis nõ ſunt ſanabi-
les niſi per imutationem nature vel inclinati
onis nature: ſed difficilius eſt imutare naturã
ꝗ ꝯſuetudiem. qꝛ conſuetudo non eſt difficilis
ad imutandum niſi qꝛ aſſilatur nature. ⁊ vnũ
qdqꝫ ꝓpter qd ⁊ illud ꝙ magis. igitur inconti-
nẽtes ꝓpter naturaz ſunt magis de difficili ſa-
nabiles ꝗ incõtinẽtes ꝓpter conſuetudinem.
⁊ per ꝯñs incõtinentes ꝓpter conſuetudinem
ſunt ſanabiliores ꝗ incõtinẽtes ꝓpter naturã
vnde conſuetudo imitatur naturã: ſicut dixit
Ennius poeta, amice dico diuturnaz meditati
onem imanere. ⁊ hanc ſinientem. i. ad finem ꝑ-
uenientem oibus eſſe naturam. Quid igitur cõ-
tinentia ⁊ quid incõtinentia. ⁊ perſeuerantia ⁊
mollicies ⁊ qualiter hi habitus ſe habẽt ad in-
uicem dictum eſt.

## Tractatus ſecũdus

7. libri. de materia continẽtie ⁊ inconti
nentie. ſ. de delectatõe ⁊ triſticia cõtinens qua
tuoꝛ capl̃a. Capitulum pmum continet opinio-
nes ⁊ rõnes opinionum de delectatione ⁊ triſti
cia i generali. in zᵒ: caᵒ ibi (Quoniam autez nõ
accidit) ſoluunꝰ rõnes que falſuz concludunt
in pmo capᵒ poſite. in 3ᵒ caᵒ ibi (Sed tamen qm̃
⁊ triſticia) oſtendiꝰ ꝙ delectatio eſt bona ⁊ per
ſuadetur ꝙ delectatio non ſolum eſt bona: ſed
ꝙ eſt optima in 4ᵒ caᵒ ibi (De coꝛpoꝛalibꝰ autẽ
itaqꝫ) determinaꝰ ſpãliter de delectationibus
⁊ triſticijs coꝛpoꝛalibus. Capꝰ pꝛimum in quo
oſtenditur ꝙ ad phm moꝛalẽ ꝑtinet ꝯſiderare
de delectatõe ⁊ triſticia. ⁊ ponũꝰ opiones ⁊ rõ-
nes opinionũ de delectatõe ⁊ triſticia i gñali.



DE delectatione autem ⁊ triſti-
tia ſpeculari eius qui politicaz philoſo
phanꝰ. Iſte. n. finis architecton ad quem reſpi
cientes vnũquodqꝫ quidem malum. hoc autẽ
bonum ſimplr̃ dicimus. Adhuc aũt neceſſario
rũ intendere ſeipm de ipis. virtutem. n. ⁊ mali
ciã moꝛalem circa triſticias ⁊ delectatiões poſ
ſumus. et felicitatez plures cũ delectatione eẽ
aiunt. ꝓpter qd ⁊ beatũ denoiauerãt gaudere.

IStud eſt pmuz capꝰ ſcdi tractatus. in quo
ponunꝰ opiniones de delectatõe ⁊ triſtia i
generali ⁊ rõnes opinionum. ⁊ ꝯtinet. 3. partes
ꝑncipales. In pma ꝓponit intentionem ſuã et
eam pbat. in ſcda ibi (His quidem igiꝰ) ponit
opiones circa delectatões in generali. in. 3. ꝑte
ibi (Totalr̃ quidem igiꝰ) diſputat inducẽs opi
nionũ rõnes. In pma igitur ꝑte ꝓponendo ſuã
itentionẽ dicit ꝙ ꝯſiderare de delectatõe ⁊ tri-
ſticia ꝑtinet ad eũ ꝗ philoſophaꝰ circa ſciaz po
liticã. ad quã tota ſcia moꝛalis oꝛdiaꝰ ſicut ad
ſcientiã moꝛalem maxie ꝑncipalem. vnd ad ſci
entiaz moꝛalẽ ꝑtinet ꝯſiderare de delectatõe ⁊
triſtitia. ille. n. finis pbat itentionẽ ſuã. ſ. ꝙ ad
ſcientiã moꝛalẽ ꝑtinet ꝯſiderare de delectatõe
⁊ triſticia. ⁊ hec eſt cõcluſio. 33. que pbatur tri-
plr̃. pmo ſic. de illo ꝑtinet ad ſciam moꝛalez cõ
ſiderare ad qd reſpiciendo diciꝰ aliquis bonꝰ
vel maluſ moꝛaliter. ſꝫ reſpiciẽdo ad delectati
onẽ diciꝰ aliquis bonꝰ vel malus moꝛalr̃. igiꝰ
de delectatione ꝑtinet ad moꝛalẽ phm cõſide-
rare. ⁊ qꝛ ꝯtrioꝝum eadem eſt diſciplina: ſequiꝰ
ꝙ moꝛalis ſcientia habet ꝯſiderare de triſticia
Maioꝛ pꝫ de ſe. qꝛ opoꝛtet in agibilibꝰ cõſide-
rare de menſura per reſpectum ad quẽ vnun-
quodqꝫ opus diciꝰ bonũ vel malum. hñ opina
tum ſm artem vel nõ hñ. ⁊ minoꝛ pꝫ. Nam ſicut
finis architecte artis eſt ille ad quez homines
reſpiciunt tanꝗ ad quãdã menſurã omniuz ꝗ
ſub illa arte ꝯtinẽtur: ita ſe hꝫ delectatio i his
que pertinent ad ſciaz moꝛalez. reſpiciendo. n.
ad delectationẽ dicimꝰ aliquem eſſe bonuz vl̃
malum moꝛaliter. qui. n. in bonis operibus de
lectaꝰ diciꝰ bonus. ⁊ qui in malis delectaꝰ dr̃
malus moꝛalr̃. ⁊ de his que fiunt ex delectatio
ne iudicium obſeruaꝰ iudicamus illud eẽ ma
lum qd ex mala delectatõe ꝓcedit. ⁊ illud iudi
camus eſſe bonũ ꝙ ex bona delectatõe ꝓcedit
(Adhuc autem) pbatur eadem ꝯcluſio ſic. Ad
moꝛalem phm pertinet conſiderare de virtuti
bus moꝛalibus ⁊ vicijs eis oppoſitis: ſꝫ qui hꝫ
cõſiderare habitum habet cõſiderare obiecta
ſeu materiã habitus: circa quẽ eſt. ſed virtꝰ et
malicia ei oppoſita ſunt circa delectatões ⁊ tri
ſticias. vt oſtenſum eſt ſupius. igitur ad moꝛa-
lem phm pertinet conſiderare de delectatõe ⁊
triſticia. hec ratio pbat ꝙ neceſſe eſt moꝛalem
phm conſiderare de his. ⁊ de h dicit textus. ad

huc ⁊ neceſſariũ intendere de his. quia ſine co-
gnitõe hoꝝum nõ poſſunt cognoſci virtuteſ mo
rales ⁊ malicie oppoſite (Et felicitatem) 3ᵒ: pꝛo
baꝰ ꝯcluſio ſic. Qui habet ꝯſiderare de felicita
te: habet cõſiderare de delectatõe. ⁊ per ꝯñs d
triſticia oppoſita: ſꝫ ad phm moꝛalem pertinet
ꝯſiderare de felicitate tanꝗ de fine vltio oiuz
operatoꝝuz. ǵ ⁊c. minoꝛ eſt manifeſta. et maioꝛ
pꝫ. nã plures ponunt felicitatez eſſe cũ delecta
tione. de quoꝝũ numero eſt ipe Ariſt. vnde apd
grecos beatus noiatur a gaudendo. igitur ad
moꝛalem phm pertinet ꝯſiderare de delectatõ
ne. Sed hic eſt dubium. quia ꝑ hoc ꝙ ad poli
liticaz: vel ad ſciam moꝛalem ſpectat cõſidera
re de delectatõe non apparet qd ad illam ſciaz
que ethica diciꝰ pertinet conſiderare de delc̃ta
tione. Dicendũ ꝙ hic pbatur ꝙ ad pollititicã vl̃
ad ſciam ſubſeruientẽ pollitice ꝑtinet conſide-
rare de delectatione. ⁊ hoc pbant ratões hic in
ducte. Uel poteſt dici ꝙ phus pꝛobat directe
h ꝙ ad hanc ſciam que ethica diciꝰ pertinꝫ cõ
ſiderare de delectatiõe ⁊ triſticia. qꝛ hec ſcia cõ
ſiliat de virtutibus moꝛalibus ⁊ vicijs eis op-
poſitis.

## His quidez igitur uide

tur. neqꝫ vna delectatio eſſe bonũ patz ſcdm ſe
ipm. neqꝫ ſm accidẽs. non. enim eſſe illud bonuz
⁊ delectatõem. his autem quedã oẽs: multe ãt
pꝛaue. Adhuc hoꝝ tertiũ. ſed ⁊ oẽs bonuz. tam
non ꝯuenit eſſe optimam delectationem.

HEc eſt ſcda pars huiꝰ capituli. in qua po-
nunꝰ opiniones circa delectatiões ⁊ tri
ſticias. que ſunt tres opiniones. quidã autẽ di
xerunt ꝙ nulla delectatio eſt bona neqꝫ per ſe
neqꝫ per accñs ⁊ ſi cõtingat ꝙ aliquod delecta
bile eſt bonũ. non tamẽ illud qd i eo ẽ bonuz ẽ
delectatio. Scda opinio eſt ꝙ delectatões que
dam ſunt bone. multe tñ ſunt pꝛaue. et ita non
ois delectatio eſt bona. tertia opinio eſt que po
nit ꝙ ⁊ ſi ois delectatio ſit bona nulla delecta-
tio eſt optima. vñ iſta opinio ponit ꝙ nulla de-
lectatio eſt optima nec per ꝯñs optimus finis
operabilium.

## Totaliter quidez igitur

non bonuz: qm̃ omnis delectatio generatio eſt
in naturã ſenſibilia. neqꝫ vna aũt generatio co
gnata finibus. puta neqꝫ vna edificatio domꝰ.
Adhuc temperatus fugit delectatões. Adhuc
pꝛudens non triſte pſequiꝰ non delectabile. ad
huc ipedimentum ei. qd eſt pꝛudentẽ eſſe: dele
ctationes. ⁊ quanto magiſ gaudet. puta eã que
venereoꝝ. Nulluz. n. vtiqꝫ poſſe intelligere ali
quid in ipa. Adhuc ars: neqꝫ vna delectatiõis
quãuis eſſe bonum artis opus. Adhuc pueri ⁊
beſtie pſequuntur delectationes. hauſ autẽ
non oẽs ſtudioſaſt: qm̃ ſunt ⁊ turpes ⁊ pꝛobꝛoſe

⁊ q̄m nociue.egritudinalia.n.quedam delectabilium. Adhuc autem nõ optimuꝫ delectatio: q̄m non finis:ſed generatio.que quideꝫ igitur dicunt̃ hec ſunt.

Hec eſt tertia pars hui⁹ capituli.in q̃ phs diſputat inducens dictaꝝ opinionuꝫ rationes ⁊ ꝯtinet tres particulas.in p̄ma põit rationes p̄me opinionis. In ſc̄da ibi(huiuſmodi autem non oẽs)inducit rõnes ad ſc̄daꝫ opinionem.in tertia ibi(Concludit nõ optimum)inducit rõnes ad tertiam opionem. in p̄ma igit̃ particula inducit.6.rõnes ꝓ prima opinione q̃ ponit ꝙ nulla delectatio eſt bona. p̄ma ratio eſt. nulla generatio in natura ſenſibilis ẽ bõa. oīs delectatio eſt generatio ſenſibil̃ in natura.igit̃ nulla delectatio eſt bona.maior pꝫ:q꞉ nulla generatio ẽ finis:ſꝫ via ad finẽ.ſicut edificatio q̃ eſt generatio dom⁹ nõ eſt domus:ſꝫ via ad domum ⁊ bonum ⁊ finis ſm̃ iſtos eſt idem.⁊ ideo cum nulla generatio ſit finis.ſequit̃ ſm̃ eos ꝙ nulla generatio eſt bonũ.⁊ minor pꝫ ꝑ diffinitionez delectatõis quã ipi delectationi attribuebant.dixerunt.n. ꝙ ſolum tunc ẽ delectatõ qñ aliqd ſenſibil̃r aggenerat̃ noſtre nature q̃ſi nobis ꝯnaturalẽ.ſicut patet ĩ ſumptõne cibi(Adhuc temperatus)2⁰. ꝓbat̃ eadeꝫ opinio ſic.illõ qõ virtuoſus laudabil̃r fugit eſt bonuꝫ ſꝫ oẽs delectatõem virtuoſus laudabil̃r fugit. g̊ nulla delectatio eſt bona. Maior de ſe pꝫ.⁊ minor apparet.nam tẽperatus laudat̃ ex hoc ꝙ fugit delectatões(Adhuc prudens)3⁰. ꝓbatur ſic.illud qõ prudens nõ ꝓſequitur.i.qõ prudens nõ querit nõ eſt bonum:ſꝫ prudens ſequit̃ ⁊ querit non triſte.⁊ ſupple.non querit ⁊ nõ ꝓſequit̃ delectabile ſꝫ fugit illud.igit̃ nulla delectatio eſt bona.⁊ dicit Lycoñ.ꝙ cuꝫ dicitur prudens ꝓſequitur nõ triſte.hoc totum nõ triſte ẽ vnũ nomen ifinituꝫ.prudens.n.nec proſequitur triſte nec delectabile(Adhuc ipedimẽtũ)quarta ratio eſt iſta.nullũ bonũ eſt impedimentũ prudentie aut ipedit aliquã prudentiã eſſe.ſed delectationes ipediunt prudentiã ⁊ tanto magis q̄to fiunt maiores.ſicut pꝫ de delectatõe venereoruꝫ que eſt maxima.illa enim delectatio in tm̃ impedit rõem.ꝙ nullus in illa delectatiõe actuali poteſt aliqd actu itelligere.ſed tota itẽtio anime trahitur ad delectationeꝫ.ex quo igitur q̄to delectatio eſt maior tanto magis impedit prudentiam.ſequit̃ ꝙ delectatio per ſe ipedit prudentiaꝫ.⁊ per ꝯñs oīs delectatio impedit prudẽtiam.⁊ per ꝯñs nulla delectatio ẽ bona(Adhuc ars).5.ratio eſt iſta.nihil qõ non eſt opus alicuius artis eſt bonum.ſed nulla delectatio ẽ opus alicui⁹ artis.g̊ ⁊c̃.maior pꝫ. quia omne bonum humanũ ex ratione videt̃ eẽ bonum.⁊ ita omne bonũ humanuꝫ videt̃ eſſe op⁹ alicui⁹ artis.⁊ minor pꝫ.q꞉ nulla eſt ars ad delectandũ(Adhuc pueri ⁊ beſtie)6.ratio eſt iſta nihil qõ queritur a pueris ⁊ beſtijs eſt bonum. q꞉ qõ in homine eſt puerile ⁊ beſtiale vitupat̃. ſꝫ pueri ⁊ beſtie ꝓſequunt̃ ⁊ querunt delectationes.igit̃ videtur ꝙ nulla delectatio eſt bona. (Huiuſmõi autẽ non oẽs)hec eſt ſecũda particula in qua arguit ad ſc̄dam opionem. ꝓbando ꝙ nõ omnis delectatio eſt bona. ꝓbatur dupl̃r p̄ per hoc ꝙ quedam ſunt delectatiões turpes ⁊ ꝓbroſe.i.infames.⁊ per ꝯñs tales delectationes non ſunt bone ⁊ qñq꞉ nociue.2⁰. ꝓbat̃ ideꝫ ſic.quedam delectationes ſunt nociue inducẽtes egritudines.⁊ per ꝯñs tales delectationes non ſunt bone.⁊ per ꝯñs non oīs delectatio eſt bona(Adhuc non optimum)hec eſt tertia particula.in qua arguit ad tertiã opinionem. que ponit ꝙ nulla delectatio ẽ optima quãuis oẽs delectationes ſint bone. ꝓbatur vnico medio ſic.qõ non eſt finis non eſt optimum:ſꝫ nl̃la delectatio eſt finiſ.igitur nulla delectatio eſt optimum.maior pꝫ de ſe.⁊ minor ꝓbat̃.ſꝫ dicta dicentiũ:ꝙ oīs delectatio eſt generatio ſenſibil̃ i naturam.⁊ nulla generatio eſt finis:ſed via ad finem.Que igitur dicunt̃ ab alijs de delectatione dictum eſt.

## Capitulum ſecũduꝫ

in quo oſtendit̃ ꝙ non accidit ex predictis delectatõem nõ eſt bonum neq꞉ optimum ponendo quaſdaꝫ diſtinctões.Prima eſt talis .ſ.ꝙ aliquid eſt tale ſimpl̃r ⁊ aliquid eſt tl̃e alicui ⁊ nõ ſimpl̃r.⁊ hec diſtinctio ꝯpetit bono ⁊ fini hitui nature motui generatiõi eligibili ⁊ delectatõi.ſc̄da diſtinctio eſt ꝙ aliquid dicit̃ eſſe bonum ſꝫ actum.⁊ aliquid ſm̃ habitum. ⁊ h̄ diſtinctio cõpetit delectatõni.actus ſeu operatõ quedam eſt ꝯſtitutiua habituſ ⁊ quedaꝫ eſt ab habitu in eſſe cõſtituto.Alia diſtinctio de delectatione eſt ꝙ quedã eſt pura ſine admixtione triſtitie ⁊ quedam eſt mixta cuꝫ triſtitia ⁊c̃. ⁊ ꝑ iſtas diſtinctiones.⁊ hi⁹ ſoluunt̃ rõnes que circa delectatõem faciunt dubitare.

Quoniam autez nõ accidit ꝓpter hoc non eſſe bonum nec optimum.ex his manifeſtũ.p̄muꝫ quidem qm̃ bonuꝫ dicit̃.hoc qdẽ.n.ſimpl̃r.hoc ãt alicui ⁊ natura.⁊ habit⁹ cõſequunt̃ q̃re ⁊ motiones et generatõeſ ⁊ praue eẽ in ſe he quidẽ.n.ſimpliciter praue.alicui aũt non:ſꝫ eligibiles huic.quedam aũt:neq꞉ hoc:ſꝫ aliqñ ⁊ ſm̃ paucũ tp̄s.eligibiles aũt non.hec aũt neq꞉ delectatões.ſꝫ vident̃ quecũq꞉ cum triſticia ⁊ medicine grã.puta que laborãtium.Adhuc q꞉ hõi.h̄ quidẽ opatio.hic quidẽ habit⁹ eſt ſ accñs ꝯſtituẽtes in naturalem habitum delectabiles ſunt.Eſt autez operatio in cõcupiſcẽtijs indigentis ⁊ habitus ⁊ natura.quia ſine triſtitia ⁊ concupia ſunt delectationes.puta ei⁹ quidẽ eſt ſpeculari operationes:natura nõ indigẽte.ſignum aũt qm̃:nõ eodem delectabili gaudent.ſm̃ quẽ replet̃ natura ⁊ cõſtituta.Sꝫ cõſtituta quidẽ ſimpl̃r delectabilib⁹.replet̃ aũt ⁊ ꝯtrijs.⁊.n.acutiſ ⁊ amaris gaudent:quoꝝ nihil neq꞉ natura delectabile.neq꞉ ſimpl̃r delectabile.quare delectatiões vt.n.delectabilia ad iuiceꝫ ꝯſtituta ſunt:ſic et delectatões ab his.



Iſtud eſt quartuʒ cap⁹. in quo due ſpecies amicitie comparant̃ ad tertias. ſ. ad amicitiaʒ perfectaʒ. ⁊ continet tres partes principales. In p̃ma ponuntur ſimilitudines inter has duas ſpecieſ amicitie: que ſunt ꝑpter vtile ⁊ delectabile ad amicitiaʒ perfectaʒ. in ſecunda ibi. (Propter delectationeʒ q̃dē) ponuntur differētie inter dictas duaſ amicitias ab amicitia perfecta. in tertia parte ibi. (Species auteʒ amicitie) epylogat que dicta ſunt de comparatione ſpecieruʒ amicitie. in p̃ma ergo parte ponit philoſoph⁹ ſimilitudineʒ iſtaruʒ duaruʒ amicitiaruʒ. ſ. delectabilis ⁊ vtilis ad perfectaʒ amicitiaʒ quantuʒ ad cauſaʒ vel quantuʒ ad permanentiaʒ amicitie. eſt eniʒ ſimilitudo quantū ad cauſaʒ. quia virtuoſi ſunt ad inuicē delectabiles ſicut ⁊ illi qui ſe amant popter delectabile. Similiter virtuoſi ſunt ſibi inuicē vtiles: ſicut ⁊ illi qui amant ſe ꝑpter bonuʒ vtile (Maxime auteʒ) ſunt etiam iſte due amicitie ſimiles amicitie vere quātuʒ ad permanentiaʒ. iſte. n. due amicitie ſunt maxime permanentes. cum idem vel equali ſibi inuicem rependant. puta delectationeʒ ꝑ delectatione ⁊ non ſolum permanet amicitia cum equalis ſit delectatio ad inuiceʒ: ſed oportet quādoq; ꝙ ſit ab eodem. i. ab eadeʒ cauſa. hoc eſt a conſimili ⁊ equali eq̃ eʒ fieri delectationeʒ. vt in conludentibuſ conſili ludo. quorum vtriq; ab alterius ludo conſpecto equaleʒ recipit delectationē. vt patet in eutrapellis quorū vtriq; delectatur in ludo alterius. his eniʒ non ſit delectatio tanquā amatori ⁊ amato ꝑpter ſe. ⁊ ꝑpter bonuʒ virtutis. adhuc non ſoluʒ eſt permanentia amicitie propter delectabile: quando amator ⁊ amatuʒ delectant̃ in eiſdeʒ. Nam quandoq; delectantur non in eodeʒ: ſed in diuerſis. Amator eniʒ quādoq; recipit delectatiōeʒ a pulchritudine amati. ⁊ amatus recipit delectationem a famulatu quē ei exhibet amator. vtpote a muneribus et datis ab amatore. ⁊ dicit Lycoñ. ꝙ illud exempluʒ non eſt de virtuoſis amatore ⁊ amato: ſed de amatore ⁊ amato qui dicuntur ab amore. q heros dicitur. ⁊ dicit̃ huiuſmodi amicitia anoroydes vel anomoydes. hec Lycoñ. Iſtis auteʒ ceſſantibus ceſſat amicitia dū ex vna parte nō eſt viſio delectabiliſ. ⁊ ex alia parte ceſſat ſeruitium ſeu famulatus. Sic ergo patʒ ꝙ iſte amicitie propter vtile ⁊ delectabile permanent. dū cauſe iſtaruʒ amicitiaruʒ que ſunt ꝑpter vtile ⁊ delectabile permanent ⁊ diſſoluunt̃ diſſoluta (Multi enim rurſus) adhuc eſt alia cauſa permanentie iſtaruʒ duaruʒ amicitiarum que ſunt ꝑpter vtile ⁊ delectabile. ⁊ eſt dilectio vtriuſq; ad mores alterius ex conſuetudine q̃uis mores non ſint ſʒ ſe diligibiles. tamen ex ꝯſuetudine fiunt aliquibus delectabiles ⁊ diligibiles. verbi gratia. vnus luxurioſus diligit mores alterius luxurioſi. vel vnus cupidus diligit mores alterius cupidi. ſʒ iſti mores qui non ſunt ſʒ ſe diligibiles fiunt aliquibus diligibiles ex conſuetudine: ſ ꝙ ambo ſunt ſilis ꝯſuetudinis. Similitudo eni eſt per ſe cauſa amicitie. niſi per accidens impediatur. vt dictuʒ eſt ſupra. vnde quia moreſ peruerſi acquiſiti ex cōſuetudine ſunt permanentes. iō talis amicitia eſt permanſiua. (Qui aūt nō delectabile) differunt aūt quantuʒ ad permanentiā amicitie ꝑpter vtile ⁊ delectabile in hoc ꝙ illi qui i amabilibus non recōpenſant delectabile ꝑ delectabili. ſʒ vtile ꝑ delectabili ſunt minus amici q̃ recōpēſantes delectabile ꝑ delectabili. ⁊ min⁹ permanet eoruʒ amicitia. ſunt eniʒ minus amici ꝑpter minoreʒ ſilitudineʒ ad inuiceʒ. (Qui aūt ꝑpter vtile) illi qui ſunt amici ſoluʒ ꝑpter vtile ceſſante vtilitate ceſſant ab amicitia. q2 non erant amici ſui iporuʒ gratia. ſʒ gratia vtilitatis. ⁊ magis erant amici ipſius vtilis q̃ ſibi inuicem.

## Propter delectationē

quidem igitur ⁊ propter vtile: ⁊ prauos contingit amicos ad inuicem eſſe: epyiches prauis. ⁊ neutrum quodcunq;. ꝑpter ſeipſo autem: quia ſolos binos. mali eni non gaudent ſeipſis. ſi nō aliqua vtilitas fiat. Et ſola auteʒ bonoruʒ amicitia intranſmutabilis eſt. Non eniʒ facile nulli credere de eo qui multo tēpore ab ipō probatus eſt. ⁊ credere in his ⁊ nunquā vtiq; iniuſtū facere: ⁊ quecunq; alia in ea que vt vere amicitia dignificatur. in alijs auteʒ alteris nihil prohibet talia frui. quia eniʒ homines dicunt amicos ⁊ ꝑpter vtile quēadmodum ciuitates. videntur enim compugnationes ciuitatibus fieri gratia conferentis. ⁊ eos qui ꝑpter delectationeʒ ad inuiceʒ diligunt pueri. Forte quidem dicere ⁊ nos amicos tales.

Hec eſt ſecūda pars hui⁹ capitli. in qua docet qualr̃ iſte due amicitie. q̃ ſunt ꝑpter vtile ⁊ delectabile differunt ab amicitia perfecta. ⁊ ponit duas differentias. Prima eſt ꝙ ſʒ amicitiam ꝑpter vtile ⁊ delectabile praui eſſe amici ad inuicem: ⁊ praui ſm hi⁹ amicitiā pnt eſſe amici epyiches. i. virtuoſis. ⁊ virtuoſi prauis ⁊ neuter qualicunq;. hoc eſt illi qui nec ſūt virtuoſi nec vicioſi poſſunt eſſe amici inter ſe. ⁊ etiam poſſunt eſſe amici prauis. ⁊ etiam virtuoſis. et iſtud patet ex precedentibus ſic. Scōm hi⁹ amicitiā que eſt ꝑpter vtile aut delectabile non ſunt amici niſi cā virtutis ⁊ delectabilis. Amicitia. n. que eſt ꝑpter vtile magis eſt ad ipm vtile q̃ ad ipm hominem. ⁊ amicitia que eſt ꝑpter delectabile eſt ad ipam delectationē h̄. ſed mali poſſunt vtilitatem ⁊ delectationem recipere a malis ⁊ a bonis. ⁊ boni a malis ⁊ ſic de alijs. q̃ ⁊c. vn̄ pōt h̄ poni ꝯcluſio. 15. ſub hac forma. Cuiuſcūq; conditionis homines cōtingit eē amicos ꝑpter delectatiōem ⁊ vtilitatem. ꝑbatur ſic. omnes homines quibus delectabile vl̄ vtile eſt amabile ꝯtingit eſſe amicos ꝑpter delectationem ⁊ vtilitatem. ſed cuiuſcūq; conditionis fuerunt hōies: conuenit ꝙ eis delectabile vel vtile ſit amabile. igitur cuiuſcunq; conditōiſ homines ſint: contingit ꝙ ſint amici ꝑpter delectationem ⁊ vtilitatem. Maior eſt manifeſta. quia cuicunq; delectabile eſt amabile. contingit ꝙ ipe ſit amicus ꝑpter delectationē. ⁊ cuicunq; vtile eſt amabile contingit ipſum eſſe amicum ꝑpter vtilitatem. ⁊ minor patet. Nam mali poſſunt eſſe delectabiles ⁊ vtiles malis. ⁊ etiaʒ virtuoſis. ⁊ virtuoſi poſſunt eſſe delectabiles ⁊ vtiles virtuoſis. ⁊ etiaʒ malis. ⁊ illi qui nec ſunt moraliter boni nec mali poſſunt eſſe delectabiles ⁊ vtiles ſibi inuiceʒ ⁊ etiaʒ bonis ⁊ malis. hec igitur eſt prima pars dr̃e: inter has duas amicitias ⁊ amicitiam perfectam. Et ſecūda pars eſt ꝙ amicitia perfecta n̄ eſt nec eē poteſt niſi inter bonoſ. ⁊ hec eſt concluſio. 16. que ꝑbatur ſic. Illa amicitia ⁊ ſola illa qua aliqui amantur ꝑpter ſeipſos eſt amicitia perfecta. quia omnis alia amicitia eſt amitia per accidens. vt patet ex precedentibus. ſʒ inter bonos ⁊ ſolum inter illos eſt huiuſmodi amicia qua ſcilicet aliqui amantur propter ſe ipſos. igitur inter ſolos bonos eſt amicitia perfecta. de iſta ratione ponitur minor cum ſua declaratione in littera. vnde dicit ꝙ ꝑpter ſeipſos ſolos bonos contingit eſſe amicos. ⁊ hoc declarat ꝑpter hoc ꝙ mali non gaudent ſeipſis propter ſeipſos cuʒ in malo non inueniatur aliqđ amabile aut delectabile. ſed ſolum gaudent ex hoc ꝙ eis ſit aliqua vtilitas vel aliqua delectatio (Et ſola autem bonorum amicicia) ſecūda differentia iſtaꝝ duaruʒ amicitiaruʒ. ſ. ꝑpter vtile ⁊ ꝑpter delectabile ad amicitiā perfectā eſt ꝙ amicitiarū ſola amicitia bonorum eſt de itranſmutabiliſ. ⁊ hec eſt concluſio. 17. ⁊ quia h̄ concluſio eſt quedaʒ excluſiua. ideo ph̄s ꝑbat eam ꝑbando vtrāq; eius exponenteʒ. ⁊ p̃mo ꝑbat exponentem affirmatiuaʒ. deinde ꝑbat exponentem negatiuam cum dicit (In alijs autē alteri) p̃mo igitur ꝑbatur exponens affirmatiua. ſ. ꝙ amicitia bonoruʒ eſt itrāſmutabilis ſic quia amicitia bonoꝝ non tranſmutaretur nec diſſolueret̃ niſi vnus amicoruʒ crederet aliqđ malum de alio. quod maluʒ ꝯtrariatur amicitie perfecte. ſed hoc non contingit i amicitia bonorum. quia homo bonus non de facili credit malū de illo quē multo tēpore ꝑbauit ⁊ nunq̃ inuenit eum aliquod meritum vel malum facientem: ſed ſemper inuenit in eo omnia quecunq; reputant̃ digna ad veram amicitiaʒ. igitur taliſ amicitia eſt intranſmutabilis ſic ꝙ de facili non diſſoluitur. ⁊ etiam patet. quia talis amicitia eſt per ſe ⁊ non per accidenſ. ⁊ etiaʒ pʒ per hoc ꝙ talis amicitia eſt perfecta continenſ in ſe omnia que ad amicitiā requiruntur. vt ſuperius eſt ꝑbatum. ⁊ ſic patet exponens affirmatiua concluſionis. (In alijs autem alteri) negatiua exponens. ſ. ꝙ nulla alia amicitia ab amicitia bonorum eſt tranſmutabilis probat̃ per hoc ꝙ in alijs amicitijs contingit faciliter: ꝙ vnus amicorum in tali amicitia credat malum de alio: ⁊ ꝙ vnus iniuſtum faciat alteri. ⁊ per hoc ꝙ vnus credat maluʒ de alio aut ꝙ facit iniuſtum alteri. diſſoluit̃ amicitia: ⁊ ita alie amicitie ſunt de facili tranſmutabiles. et dicit ph̄s ꝙ ſm has amicitias. ſ. ꝑpter vtile ⁊ ꝑpter delectabile non ſunt aliqui vere dicendi amici. quia tamen homines conſueuerunt vocare tales amicos: qui ꝑpter vtile amant: ſicut dicitur eſſe amicitia inter ciuitateſ ꝑpter vtilitatē quā vna recipit ab alia ⁊ impugnando ꝯ inimicos ⁊ iuuando: ⁊ etiaʒ homines dicunt illos eē amicos qui diligunt ſe ꝑpter delectationē: ſic patet de pueris. vnde quia tales amantes ſe ꝑpter delectabile vel vtile coiter ab omnibus vocantur amici. ideo oportet ꝙ nos ſequendo cōſuetudinem coiter loquentiuʒ tales vocemus amicos.

## Species autem amici

tie plures. ⁊ p̃mo quidem ⁊ principaliter bonorum. ⁊ ſm ꝙ boni. Reliquas autem ſm ſimilitudinem. ſm eniʒ ꝙ bonuʒ aliquid ⁊ ſimile aliquid ſic amici. Et enim delectabile bonum aliquod amatoribus dilectionū. Non omnino āt hec copulantur enim fiunt amici ꝑpter vtile ⁊ delectabile. Non enim omnino contingantur: que ſm accidens. In has autem ſpecies amicitia diſtributa. praui quidem erunt amici propter delectationem vel vtilem ſic ſimiles exiſtētes. Boni autem ꝑpter ſeipſos amici. ſcōʒ ꝙ. n. boni. Iſti quidem igitur ſimplr̃ amici. Illi aūt ſm accñs. ⁊ in aſſilat his.

Hec eſt tertia pars p̃ncipalis huius capli. in qua epylogat que dcā ſunt ⁊ narrat. 6 p̃narrat ꝙ pluref ſunt amicitie. ſ. que dicte ſūt. ſ. ꝑpter vtile delectabile ⁊ honeſtū. 2° narrat ꝙ amicitia bonoruʒ eſt p̃mo ⁊ p̃ncipaliter amicitia. ⁊ relique amicitie non dicunt̃ amicitie niſi ſm ſimilitudinem ad veram amicitiaʒ que ē ſoloruʒ bonoruʒ. 3° narrat moduʒ. quo iſte amicitie aſſilant̃ amicitie vere. ⁊ dicit ꝙ delectabile videtur eſſe quoddam bonum amatorib⁹ delectationuʒ. ⁊ ita h̄ amicitia habʒ aliquaʒ ſimilitudineʒ cuʒ amicitia que eſt ꝑp bonū ſimplr̃. Et eodem mō eſt de amicitia vtilis. vtilitas. n. videt̃ eſſe quoddā bonum amatoribus vtilita

tum.⁊ ita habet hec amicitia aliquam ſimilitu
dinez ad amicitiaz perfectam que eſt ꝓpter bo
num ſimplex.4.° narrat ꝙ he due amicitie.ſ.ꝓ
pter bonuz vtile ⁊ delectabile nõ ſemꝑ ꝯiungũ
tur.qñqꝫ enim eſt idez vtile ⁊ delectabile:ſz nõ
eſt ſemꝑ ita.vnde ſicut iſte due amicitie ſunt ami
citie per accñs:ita cõiunguntur per accñs ⁊ non
ſemꝑ (In has aũt ſpẽs)5.° narrat ꝙ cum amici
tia diſtribuatur in has ſpẽs iaz dictas praui pñt
eſſe amici ꝓpter vtile ⁊ ꝓpter delectabile.i hoc
ſiles exñtes.ſz hõi ꝓpter ſeipſos ſunt amici.ſũt
.n.amici ſm ꝙ boni.6.° narrat ꝙ boni ſm ꝙ bo
ni ſunt ſimplr amici:ſz alij amãtes ſe ꝓpter vti
le vel delectabile ſunt amici ſoluz per accidẽs
⁊ in aſſilari his.ſ.vere amicis.

## Capitulũ quintum

in q̃ determinat de amicitia ſz ꝯparationez ad
actum eius ꝓpriũ qđ eſt ꝯuiuere.⁊ etiam oñ
ditur ꝙ amicitia nõ eſt paſſio ſz habitus.

Quemadmoduz aũt in virtutibus.hi quidem ſm habitum
hi autem ſcđz operatões boni dicũtur.ſic ⁊ i ami
citia.hi quidem.n.ꝯuiuentes gaudent ad inui
cem ⁊ tribuunt bona.Hi autẽ dormientes vel
ſeparati locis.non operãtur quidem.ſic autem
habent vt opari amicabilr.loca eniz non diſſol
uunt amicitiam ſimplr:ſed operatões. Si aũt
diuturna abſentia fiat:⁊ amicitie videtur obliui
onẽ facere.vnde dcm̃ eſt.multas vtiqꝫ amiciti
as non appellatio diſſoluit.Non videtur autẽ
neqꝫ ſenex neqꝫ ſerui amatiui eſſe.ꝓpter nõ ha
bere in ipſis qđ dilectionis.Nullus autem põt
per diem ꝯmorari cũ triſti.neqꝫ cũ ñ delẽabili.
Maxime.n.natura videtur triſte quidez fugere
appetere autẽ delectabile.Qui autem recipiũ
tur ad inuicem.non ꝯuiuentes aũt beniuolis aſ
ſimilantur magis q̃ꝫ amicis.Nihil.n.ſic eſt ami
corum vt cõuiuere.vtilitatez quidẽ.n.indigẽ
tes appetunt.ꝯmorari aũt ſimul per diem etiã
beati.Solitarijs quidez.n.eſſe his nequaquã
ꝯuenit.ꝯuerſari aũt ad inuicẽ non eſt nõ delẽa
biles exñtes.neqꝫ gaudentes eiſdez qđ ꝯnutri
tiua videtur habere.Maxime quidẽ igitur eſt ami
citia que bonoꝝ.queadmodũ multotiens dcm̃
eſt.videtur.n.amabile quidem ⁊ eligibile qđ ſim
pliciter bonũ vel delectabile.vnicuiqꝫ aũt qđ
ipſi tale.bonus aũt homo ꝓpter ambo hec.

Iſtud eſt 5us capus p̃mi tractatus in quo de
terminatur de amicitia ꝑ comparatiõem ad
eius actũ.⁊ cõtinet duas ptes p̃ncipales.In p̃
ma oſtenditur quis actus ẽ ꝓpinquiſſimus ami
citie.in ſcđa ibi (Aſſilatur autez amatio) oñditur
ꝙ amicitia eſt habitus.Prima pars cõtinet.4.
particulas.In p̃ma phs diſtinguit amicitiaz i
amicitiã ſm actuz ⁊ ſm habitũ.in ſcđa ibi (Si
aũt diuturna) oſtenditur qualr amicitia diſſolui
tur ꝓpter defectum actus.in.3.ibi (Nihil.n.ſic
amicoꝝ) oſtenditur ꝙ ꝯuiuere eſt ꝓpinquiſſimus
actus amicitie.in quarta.ibi (Aſſilatur autem
amatio) oſtenditur ꝙ amicitia eſt habitus ⁊ non
paſſio.In p̃ma igitur particula diſtinguit ami
citiam in amicitiam ſm actum ⁊ in amicitiaz ſm
habitum.d.ꝙ ſicut in virtutibus:quedam dicũ
tur ſm habitũ ⁊ quedã ſz actuz.aliqui.n.dicũ
tur fortes:qꝛ actu exercent opera fortitudinis
⁊ quidã dicuntur fortes non exercentes actũ for
titudinis habẽtes tamẽ habitũ ad exercendũ
opera fortitudinis:ita eſt de amicitia:ꝙ quidã
dicuntur amici:qꝛ actu exercent opera amicitie
ſe inuicem mutuo diligendo ⁊ bñfaciendo.⁊ q̄
dam dicuntur amici qꝛ non operãtur actu opera
amicitie:ſunt tñ ſic diſpoſiti per habituz:ꝙ ha
bent inclinationez ad operãdum huius opera
vt patet de amicis qñ dormiunt vel qñ ſeparã
tur ab inuicem ſm locum.Amicitia eniz nõ diſ
ſoluitur per diſtantiã locoruz:ſed opera amici
diſſoluitur per diſtãtiaz locoꝝ. Notanduz ꝙ
plures ſunt operatões amicitie.ſ.bñ velle bñ
facere ꝯcordare ꝯuiuere.⁊ q̃ꝫtum ad iſtam com
paratõez que ẽ ꝯuiuere diſſoluitur amicitia quã
tum ad operatõem ꝑ diſtãtiaz locorum.ſz ope
ratio que eſt beniuolentia ⁊ ẽt operatio que eſt
bñficientia non diſſoluitur per diſtantiaz loco
rũ (Si autez diuturna) hec eſt ſcđa particula.i
qua oſtendit ꝙ in quibuſdã diſſoluitur amici
tia ꝓpter defectum actus amicitie.⁊ hoc cõtin
git triplr.ſ.ꝓpter diuturnã abſentiaz amicorũ
ab inuicez.⁊ ꝓpter ineptitudinẽ quorũdam ad
opera amicitie.⁊ ꝓpter non ꝯuiuere ad inuicez
dicit igitur p̃mo ꝙ ſi abſentia amicoꝝ ab inuicez
ſit diuturna videtur facere obliuionez amicitie
p̃cedentis ſm ꝙ in ꝓuerbio dr multas amicitias
non appellatio diſſoluit. Intelligenda ſunt h̃
duo.p̃ ſm Lycon.non appellatio:in ꝓpoſito ac
cipitur ꝓ p̃uatione oppoſita appellationi.qñ eni
amici ſeparantur locis neuter appellat aliuz pro
prio noĩe.⁊ priuatio huiꝰ mutue appellatõis vi
detur obliuionez inducere ⁊ amicitiã diſſoluere.
2.° eſt intelligendum ꝙ ſicut habitus acquiſi
ti per conſuetudinez actuũ acquiruntur per con
ſuetudinẽ exercendi actus ꝯuenientes habitui
ita ꝓpter diſſuetudinẽ operandi delentur ⁊ de
ſtruuntur.ſicut.n.habitus per ꝯſuetudinẽ opeꝝ
acquiruntur.ita etiã per illud idem in eſſe cõſer
uantur.operatiões.n.ſunt cauſe habituuz.tam i
fieri q̃ꝫ in ꝯſeruari.⁊ ideo cum amicitia ſit habi
tus ex operibꝰ acquiſitus ſicut poſtea videbitur
oportet ꝙ ipſa per actus mutuos ꝯtinue in eſſe
ꝯſeruetur (Non videtur aũt neqꝫ ſenes) quidam ẽt
ñ ſunt amatiui.i.apti ad amandũ ſicut ſenes ⁊
ſeueri.i.homines auſteri ⁊ litigioſi ꝓpter hoc ꝙ
non ſunt apti ad actuz amicitie qui eſt ꝯuiuere
Parũ eniz inuenitur in eis de delectatõe.⁊ iđ de
difficili poſſunt cum alijs cõuiuere.Nullꝰ eni



põt ꝑ diem ꝯmorari cum triſti.neqꝫ cũ indelẽa
bili.maxime aũt videtur naturale hoĩbus ⁊ alijs
aĩalibus fugere triſte ⁊ appetere delectabile.⁊
poteſt hic poni ꝯclo.19.que eſt ꝙ neqꝫ ſenes nꝫ
ſeueri ſunt amatiui.i.apti ad amicitiaz que ꝓ
batur ſic.Qui non ſunt apti ad cõuiuendũ cuz
alijs non ſunt amatiui nec ad amicitiã apti.qđ
pꝫ qꝛ qui non ſunt apti ad actum maxie ꝓpriũ
amicitie non ſunt apti ad amicitiaz ⁊ actus ma
xime ꝓprius amicitie eſt cõuiuere.ſz nec ſenes
nec ſeueri ſũt apti ad cõuiuẽdũ cuz alijs.g̃ ⁊c̃.
minor pꝫ.qꝛ ſenes ⁊ ſeueri nõ delectantur:ſz ma
gis ꝯtriſtant eos cum quibꝰ viuunt.⁊ cum cõ
triſtante aut non delectãte nullus appetit diu
ꝯmorari. Intelligenduz ꝙ concluſio ⁊ mediũ
ꝓbans cõcluſionem debent intelligi non vlr.
ſz vt in pluribus.in maiori.n.parte ſenes non
ſũt amatiui:aliqui tñ ſũt amatiui ⁊ apti ad cõ
uiuendũ:qꝛ ſunt ilares ⁊ ꝯgaudentes de bõis
que alijs ꝯtingunt teſte meipſo. Sciendũ ꝙ ꝑ
diem in ꝓpoſito itelligit aliquod tempꝰ longuz
vt dicunt expoſitores. (Qui aũt recipiũt) ad
huc ꝓpter defectum actus amicitie cõtigit ꝙ
aliqui qui videntur eſſe amici non ſunt amici.v
bi gratia.Aliqui recipiunt ſe ad inuicez.in hoc
ꝙ vterqꝫ acceptat mores ⁊ ꝯuerſationẽ alteriꝰ
⁊ tamẽ ꝓpter aliquaz cãm nunquã ꝯuiuũt ad
inuicẽ.⁊ tales videntur eſſe amici ⁊ non ſũt ami
ci.ſz magis aſſimilantur beniuolis q̃ꝫ amicis.qꝛ
amicitia requirit ꝯuictum amicoꝝ ꝑ aliqđ tps
(Nichil eniz ſic eſt amicoꝝ) hec eſt tertia parti
cula in qua declarat quod prius ſuppoſuit.ſ.ꝙ
conuiuere eſt actus ꝓprijſſimus amicitie ⁊ hec
eſt concluſio 19 que probatur ſic. Ille actus quez
omnes amici appetunt in quacunqꝫ forma fue
rint videtur eſſe actus proprijſſimus amicitie.
ſed omnes amici in quacunqꝫ fortuna fuerint
appetunt ad inuicem conuiuere:igitur cõuiue
re eſt ꝓprijſſimus actus amicitie.maior patet
⁊ minor declaratur.Nam benefacere amico ⁊
recipe bonũ vtile ab amico:videtur eſſe propri
um amicitie:dictum eſt eniz ſupra:ꝙ duo actꝰ
pertinent ad amicitiam.ſ.conuiuere ⁊ retribue
re inuicez bona:hoc eſt facere vtilitatez amico
Sed iſtum 2us actũ non omnes amici querunt
ſed ſolum indigentes. Sed cõmorari ſimul ꝑ
diem.i.per longum tempus omnes amici appe
tunt:et beati ſeu boni.i.in bonis exterioribus
abũdantes quibus non ꝯuenit ꝙ ſint ſolitarij
nec poſſunt homies ſimul ꝯmorari niſi ſint mu
tuo ſibi inuicem delectabiles:⁊ ſi non gaudeãt
in eiſdem.Sed hec duo inueniũtur in his qui
diu inuicem conuixerunt.cuiuſmodi ſunt qui
ſimul connutriti ſunt. Intelligendum ꝙ inter
actus exteriores amicitie conuiuere eſt actus
proprijſſimus amicitie:tñ actus interior amici
tie vt beniuolentia ſeu bene amare eſt magis
proprius ⁊ principalior:quia ab habitu iterio
ri procedunt actus exteriores vt conuiuere be
nefacere ⁊c̃.2.° eſt intelligenduz:ſm philoſophũ
tractatu 3.° capitulo p̃ huius.ꝙ conuiuere qđ
eſt actus proprius amicitie non conſiſtit in ſi
morando ſolum: quomodo pecora conuiuunt
que paſcuntur in eodem cãpo vel prato:ſed cõ
uiuere qđ eſt proprius actus amicitie conſiſtit i
conuiuendo ſm communicationem ſermonũ ⁊ mẽ
tis.ſ.ex hoc ꝙ vnus per ſermones cõicat alte
ri quod eſt in ſuo intellectu.vnde illud ꝯuiue
re eſt ſm cõicationem ſermonũ ⁊ ſecretorum cor
dis (Maxime autem que bonorum) hec eſt 4.
particula prime partis:in qua philoſophus ꝓ
bat:ꝙ amicitia que eſt bonoꝝ eſt maxime eli
gibilis.⁊ hec eſt concluſio.20.que probatur ſic
Amabile ⁊ eligibile eſt duplex.ſ. quod eſt ſim
pliciter amabile ⁊ eligibile ⁊ qđ eſt alicui ama
bile ⁊ eligibile: ⁊ ex hoc poteſt ſic argui. Illud
quod eſt eligibile ſimpliciter ⁊ etiam alicui.ſ.
eligenti: illud eſt maxime eligibile: quia hẽt
omnes cauſas eligibilitatis.ſed amicitia bono
rum eſt ſimpliciter eligibilis: ⁊ eſt etiam eligi
bilis ipſi bono.igitur ⁊c̃.de hac ratione primo
ponit concluſionem:deinde virtutem minoris
dicens:bonus bono propter ambo hec.hoc eſt
bonus eſt amicus bonus amico bono propter
ambo hec.ſ.quia huius amicitia boni ad bõuz
eſt eligibilis propter hẽc duo.quia eſt ſimpli
citer eligibilis ⁊ quia eſt eligibilis bono.

## Aſſimilatur enim amatio

quidem paſſioni.Amicitia autez habitui:ama
tio enim nõ minus ad inanimata eſt. Redamãt
autem cum electione. Electio autem ab habi
tu ⁊ bonũ volunt amicis:illorum gratia non ſm
paſſionem:ſed ſm habitum:⁊ amantes amicuz
ꝙ ipſis bonum amant:bonus eniz amicus fac
tus.bonum ſit cui amicus. Vterqꝫ igitur amat
⁊ quod ipſi bonum ⁊ eſſe tribuit volũtati ⁊ ſpe
ciei.dicitur enim amicitia equalitas.maxime
itaqꝫ ei que bonorum.hec exiſtunt.

Hec eſt.2.pars principalis huiꝰ capituli.
in qua declaratur ꝙ amicitia ſit habitus
⁊ non paſſio:hoc eni priꝰ ſuppoſuerat.ſ.ꝙ ami
citia dicitur ſm actuz ⁊ ſm habitum ⁊ manifeſtũ ẽ
ꝙ amicitia dicitur ſz actum.ideo ſolum probat
ꝙ amicitia dicitur ſcđm habitũ ⁊ cõtinet iſta
pars duas particulas.In prima proponit ⁊ ꝓ
bat intentionem ſuam.In.2.ibi (Et amantes
amicum) remouet quoddam dubium.In pria
igitur particula proponit intentionem dicens
ꝙ amatio aſſimilatur paſſioni ⁊ amicitie habi
tui ẽ eni amicitia ſimilis alijs habitibꝰ (Ama
tio enim) propoſita intentione philoſophus ꝓ
bat eam.ſ.ꝙ amicitia eſt habitus ⁊ hec eſt con
cluſio.21.que probatur dupliciter.p̃mo per dif
ferentiam inter amationem ⁊ amicitiam que ẽ
iſta.Amatio ſimpliciter poteſt eſſe ad ina[...]

ſicut dicimus aliquem amare vinuz vel aurū. ſed amicitia de qua loquimur non eſt ad inaiata. quia amicitia requirit redamationem que non eſt ſine electōne ꝑ hoc probatur ꝯ̄ſic. Oīs electio eſt ab habitu: ſed electio eſt ab amicitia igit̄ amicitia eſt habitus vel ſic. Oīs amicitia eſt cuz electione ⁊ oīs electio eſt ab habitu, igit̄ oīs amicitia eſt habitus. vel ſic. omne illud a q̄ eſt electio eſt habitus. amicitia eſt illud a quo eſt electio. g̊ ⁊c. Notandū eſt h̄ ꝙ electio accipitur tripliciter. ſ. large ſtricte ⁊ magis ſtricte. Electio large accepta eſt vnius pre alio vl̄ alijs voluntaria acceptio ſeu acceptatio ⁊ iſto modo omne quod fit voluntarie: ita ꝙ in poteſtate hominis eſt facere illud vel non facere dicit̄ fieri ex electione. ⁊ que fiunt ex paſſiōe. vt que fiunt ex ira vel concupiſcentia dicunt̄ fieri ex electione. alr̄ non imputarent̄ homini. et ſic oē īputabile homini. ⁊ omne ꝓ quo homo eſt laudandus vel vituperandus dicit̄ fieri ex electione. ⁊ ſic accipitur electio 3° topicoꝝ. Et euſtracius loquit̄ ſic ſup p̊⁹ ethico. in p̄n° d. ꝙ electō eſt duob⁹ ꝓpoſitis iudiciū hominis h̄ alteri p̄ponens. 2° accipitur electio ſtricte ⁊ electio ſic accepta eſt finis ꝯſilij. ⁊ omne eligibile hoc modo eſt preconſiliatuz. vt pꝫ ex 3° ethico. vbi d̄r ꝙ eligibile non ē quodcūq; volūtariū ſed volūtariū precōſiliatuz ⁊ electio ſic accepta eſt voluntas preconſiliata. ſ. actus voluntatis p̄conſiliatus. ⁊ loquēdo de electione ſic accepta: nō oꝫ ꝙ oīs electō ſit ab habitu. multa enī facim⁹ voluntarie ⁊ ex cōſilio que non facimus ex aliquo habitu. 3° accipitur electio magis ſtricte. ſ. p actu voluntatis ꝓcedente ab habitu inclinante voluntatez ad eligendū vnū pre alio pmpte ⁊ delectabilr̄. ⁊ ſic accipitur electio in ꝓpoſito cū dicit̄ ꝙ oīs electio eſt ab habitu. oīs. n. electio voluntatiſ que ē ab habitu amicitie fit pmpte ⁊ delectabilr̄ ⁊ faciliter (Et bona volūt amicis) 2° ꝓbatur eadē ꝯcluſio ſic. Quicūq; volūt bona amiciſ amicoꝝ gratia: volunt eis bona ſi ex paſſione ſꝫ ex habitu: ſed ex amicitia amici volunt bona amicis amicoꝝ gratia. vt manifeſtum eſt de amicitia per ſe ⁊ perfecta. igitur tal̄ amicitia non eſt paſſio ſꝫ habitus. Maior patꝫ q: cum paſſio pertineat ad appetituz ſenſitiuū non excedit ꝓpriuz bonuz amantis. ⁊ iō amicitia que eſt ad amicitiam amici gratia ⁊ non ſui ipſius gratia non eſt ex paſſione ſed ex habitu ⁊ minor pꝫ ex p̄cedentibus (Et amantes amicū) hec eſt 3a particula ſc̄d̄e partis. in qua ph̄us remouet quoddaz dubiū quod eſt tale. dictū eſt ſupra. vnicuiq; eſt amabile quod eſt ei bonum. igit̄ videt̄ ꝙ homo amet amicuz non gratia amici ſed gratia ſui. Iſtud dubium remouet. di. ꝙ amantes amicū amici gratia volunt ⁊ amant ſibiipſis bonum. Nam qn̄ ille qui eſt bonus in ſe eſt factus amicus alicui fit bonuz amico ſuo

amicuſ enī bonus eſt ſuo amico bon⁹. ⁊ ſic vterq; dum amat amicuz amat illud qđ eſt ſibi bonuz. ⁊ vterq; retribuet equale quantū ad volūtatez. inquantū vterq; vult vtriq; bonū. ⁊ quātuz ad ſpēm voluntatis vel amicitie. ſ. inquantuz vult ei bonuz non ſui ſꝫ illius gratia. amicitia enī quedaz equalitas ē que requirit mutuā amatōez. hec aūt que dicta ſunt maxie hn̄t veritatez de amicitia bonoꝝ. Notanduz ē h̄ ꝙ amicitia addit ſupra virtutē mutuitatē. Nā in qualibet virtute cōiter dicta ſufficiunt act⁹ vnius virtuoſi. ſꝫ in amicitia non ſufficit actuſ vnius: ſꝫ in amicitia requirunt̄ actus duoꝝ mutuo ſe amantiuz. iō ph̄s ſupra non dixit abſolute ꝙ amicitia eſt virtus. ſed dixit ꝙ eſt virtus: vel cuz virtute: q: addit ſupra oēm rōnem virtutis mutuā viciſſitudinē amandi.

## Capitulum ſextum

in quo agitur de amicitia ꝑ ꝯparatōez ad eius ſubiecta: que ſunt ipſi amici. oſtendendo qui ſunt inepti: ⁊ qui apti ad amicitiaz. ⁊ de multitudine ⁊ diuiſiōe amicoꝝ q̄tuz ad diuerſa officia reſpectu eiuſdez hoīs.

In ſeueris autez et ſenilib⁹ minus fit amicitia: q̄to magis diſcoli ſunt ⁊ minus colloquijs gaudēt. hec enī maxime vident̄ eſſe amicabilia ⁊ factiua amicitie. ꝓpter qđ iuuenes fiunt amici cito. ſenes autez non. Non eniz fiunt amici quibus vtiq; non gaudent. Similiter autem neq; vtiq; ſeueri: ſed tales beniuoli ſunt ad inuicem. volūt. n. bona ⁊ obuiant ad neceſſitates. amici aūt non omnino ſunt ꝓpter non cōmorari. neq; gaudere ad inuicez: que vtiq; maxime eſſe videntur amicabilia.

Iſtud eſt 6⁹ cap⁹. in quo Ari. determinat đ amicitia ꝑ ꝯparatiōez ad eius ſubiecta. ſ. ꝑ ꝯparationē ad amicos ⁊ cōtinet. 4. partes principales. In p̄ma determinat de aptitudine ⁊ ineptitudine quorūdam ad amicitiaz. in ſc̄da ibi (Multis autē eſſe) determinat de mltitudine amicoꝝ. in. 3. ꝑte ibi (Qui aūt in poteſtatibus) determinat de diſtinctione amicoꝝ ad diuerſa officia deputatoꝝ reſpectu eiuſdē hominis. in quarta parte ibi (Sunt autez igit̄) ph̄s epylogando ꝯparat ſpēs amicitie ad inuicez oſtendendo ꝙ omnes ſpēs amicitie conſiſtunt i quadam equalitate. In p̄ma igitur parte dicit ꝙ ſenes ⁊ ſeueri tanto minus ſunt amici q̄to magis ſunt diſcoli. ſ. qui de ſeipſis p̄ſumentes ꝓpriuz ſenſuz cōſequunt̄. ⁊ ideo cum alijs nō multum loquunt̄ nec gaudent colloquijs alioꝝ ſibi ipſis intendentes nec cum alijs ꝯcordant et iſta maxime vident̄ eſſe opera amicitie ⁊ cauſatiua ipſius. ſ. ꝯcordia ⁊ colloquiū amicoꝝ. vn̄ breuiter ſenes ⁊ ſeueri ſunt inepti ad amicitiā ꝓpter defectum iſtorum duoꝝ actuū amicitie qui ſunt ꝯcordia ⁊ colloquiuz. hec eniz vident̄ maxime amabilia ⁊ factiue amicitie (Propter qđ iuuenes) ⁊ q: iuuenes multuz gaudent colloquijs: ⁊ de facili aſſentiunt alijſ cito fiunt amici qđ nō ꝯtingit de ſenibuſ. Non. n. pōt fieri amici aliquibus de quoꝝ ꝯuictu ⁊ colloquijs nō gaudent. ⁊ eadē rō eſt de ſeueris. qui. ſ. ſunt litigioſi ⁊ mordaces eoꝝ que ab alijs dicunt̄ vel agunt̄ (Sed tales) remouet dubium tale. nos videmus ꝙ ſenes ⁊ ſeueros multotiens alijs bn̄ facere qđ eſt opus amicitie. g̊ videt̄ ꝙ ſunt amici. Iſtud remouet ph̄s. d. ꝙ ſenes ⁊ ſeueri beuoli ſunt ad inuicez ⁊ etiā alijs eo: eo ꝙ volunt alijs bona in affectu ⁊ faciunt in effectu. Nam obuiant ad neceſſitates. hoc eſt ſuccurrūt alijſ in neceſſitatib⁹ eoꝝ. non tū vere ſunt amici ꝓpter hoc ꝙ non ꝯuiuunt neq; gaudent de ſocietate alioꝝ. q̄ vident̄ eē amicabilia. i. aicitie opa

## Multis autez eſſe ami

cum ꝑ ꝑfectaz amicitiaz non contingit. queādmoduz neq; amare multas ſimul. aſſimilat̄. n. ſupabundantie. tale autē ad vnuz natum ē fieri. Multas autē ſimul eidez placere valde nō facile. forte aūt neq; bonum eſſe. Oportet autē ⁊ experiētiā accipere ⁊ in cōſuetudine fieri: qđ oīo difficile. ꝓpter vtile aūt ⁊ delectabil̄e multi placere ꝯtingit. multi. n. taleſ ⁊ in pauco tp̄e miniſtrationes. horum autez magis videt̄ amicitia que ꝓpter delectabile cum eodez ab ambobus fiant ⁊ gaudeant ad inuicem vel eiſdē quales iuuenum ſunt amicitie. minus quidē enī in his liberale. Que aūt ꝓpter vtile negociatoꝝ ⁊ beati aūt vtilib⁹ quidez nihil indigent delectabiliſ aūt. ꝯuiuere. n. volunt aliquibuſ. triſte aūt paucum quidē temp⁹ fuerunt. continue aūt vtiq; nullus ſuſtineret. neq; ipm̄ bonum: ſi triſte ipſi erit. ꝓpter qđ amicos delectabiles querūt. oꝫ aūt forte ⁊ bonos tales exiſtēs. et adhuc ſibi ipſis. ſic. n. ſibi ipſis exiſtūt q̄cūq; oꝫ aicis.

Hec eſt ſecunda ps p̄ncipal̄ huius capitl̄i. que eſt de multitudine amicoꝝ. ⁊ ꝯtinꝫ tres particulas. In p̄ma oſtendit ꝙ ꝑ ꝑfectam amicitiā que eſt bonoꝝ non cōtingit hr̄e mltos amicos. in 2a ibi (Propter vtile aūt) oſtēdit ꝙ ꝑ alias amicitias que ſūt ꝓpter vtile ⁊ delectabile ꝯtingit hr̄e plures amicos. in. 3. ꝑticl̄a ibi. (Harum aūt magis) ꝯparat ad inuicez amicoſ ꝑ has duas amicitias que ſunt ꝓpter vtile ⁊ delectabile. in p̄ma igitur particula oſdit ꝙ ſꝫ ꝑfectam amicitiā que eſt ꝓpter bonuz virtutis: non cōtingit aliquē eſſe multis amicuz. ⁊ hec ē ꝯcluſio. 2a. que ꝓbatur ſic. Amicitia ꝓpter bonuz virtutis eſt perfectiſſima ⁊ maxia: ⁊ ita hꝫ ſilitudinez cuiuſdā ſupabundantie in amādo. ſꝫ ſuperabundantia amoriſ nō eſt nata fieri ad multos ſꝫ ad vnū tm̄. quod. n. dicit̄ per ſuperabundātiā ꝯtingit vni ſoli. igit̄ ꝑ amicitiaz que eſt ꝓpter bonū virtutis non cōtingit aliquem ſimul eſſe multiſ amicuz. De iſta rōne. p̄mo ponit ꝯcluſionem. d. ꝙ ſꝫm perfectam amicitiam nō cōtigit aliquem habere multos aicoſ. queēadmodum nō ꝯtingit amare ſuperabūdanter amore venereo multas mulieres ſimul. deinde ponit maiorez. ⁊ poſtmodū minorez. Circa iſtā rōnem eſt intelligenduz ꝙ in amicitia q̄ ē virtus vel non eſt ſine virtute nō eſt ſuperabundantia vituperabilis. q: ſicut in extremo nō eſt mediū: ita in medio nō eſt aliquod extremoꝝ. ſ. vnius defectus vel in vnius exceſſus: ſꝫ amicitia ꝑfecta dicit̄ ſuperabundans reſpectu aliarū ſpērum amicitie. q: eſt maior ⁊ perfectior amicitia q̄ eſt amicitia ꝓpter vtile vel ꝓpter delectabile. 2° eſt intelligendū ꝙ aliqđ dicitur per ſuperabundantiā dupl̄r. Nam ſupabundantia ſignificat̄ ꝑ nomē ſuperlatiui gradus ⁊ ſuperlatiuus graduſ exponit̄ dupliciter. vno° poſitiue ⁊ ſic dicit exceſſum reſpectu oīuz aliorum reſpectu quoruz fit ꝯparatio. Alio mō exponit̄ negatiue. ⁊ ſic dicit negatōem exceſſuſ cuiuſcunq; alterius. verbi gratia. ſic dicendo Sortes eſt albiſſimus hominuz. hec propoſitō hꝫ duplicem intellectū. Si. n. iſte ſuperlatiuuſ exponitur poitiue. tunc denotat̄ ꝙ ſoꝛ. excedit oēs alios hoīes i albedie: ſi expōat̄ negatie: tc̄ denōt̄ ꝙ ſoꝛ. ē ita alb⁹ ꝙ n⁹ hō ē albioꝛ ſorte. Dico igr̄ ꝙ illud qđ dr̄ per ſupabūdantiā poſitiue cōuenit vni ſoli. ſꝫ illud qđ dicitur per ſupabūtiaz negatiue poteſt pluribus ꝯuenire. ſicut pꝫ genus generaliſſimum per ſuperabundantiaz negatiue: quia genus generaliſſimum dicitur quod eſt ita generale: ꝙ nihil eſt generalius illo. ⁊ tn̄ ſunt plura genera generaliſſima. 3° eſt intelligendum ꝙ amicitia perfecta que eſt ad amicum non dicit̄ per ſuperabundantiam ſimpliciter. neq; poſitiue neq; negatiue. non enim amicus ꝓpter bonum virtutis maxime amat amicum. ſic ꝙ illa amicitia excedit omnē aliā nec ſic: ꝙ illa amicitia que eſt ad amicuz nō excedit̄ ab aliqua alia amicitia. Nam virtuoſus magis amat ſeipm̄ q̄ aliquē alium virtuoſum. quia vt patebit in 9° huiuſ. virtuoſus maxime amat ſeipm̄. Ex iſtis patet ꝙ illa ratio p̄ma nō eſt demonſtratiua: ſꝫ tm̄ ꝓbabilis. vnde hec ratio ꝓbat ꝙ ſꝫm perfectam amicitiam non ꝯtingit aliquem habere niſi vnum amicū: quod nō eſt verum vt cōiter dicitur. ideo hec ratio non ē demonſtratiua (Multos aūt ſimul eidez) 2° ꝓbatur eadem ꝯcluſio ſic. ſꝫm amicitiam perfectam amici ſibi inuicem valde placent. ſꝫ non ē facile ꝙ multi ſimul valde placeant eidem. duꝫ enim vnus multum placet difficile eſt alium multum placere. ⁊ forte non eſſet bonuz ⁊ expediens: vt vni homini multi valde placerent. q: dum multis intenderet nō poſſet ſibi ipſi inten

dere (Oportꝫ aũt ⁊ experientiaſ) 3ᵒ ꝓbatur ꝯᵒ ſic. Ad hoc ꝙ aliquis ſit amicus: ſꝫ amiciciam ꝑfectam oꝫ ex cõſuetudine ⁊ per longũ tempꝰ experientiã accipere de amico. ſꝫ accipere experientiã ex cõſuetudine de multis ⁊ per longũ tẽpus eſt valde difficile. nõ igiẗ ſm amicitiã perfectam ꝯtingit aliquẽ eſſe multis amicuꝫ. Iſte due rõnes ꝓbant ꝙ non eſt facile aliquem eſſe amicum pl'imis ſm ꝑfectam amicitiaꝫ. non tñ ꝓbãt ĩpoſſibilitateꝫ. ſ. ꝙ ĩpoſſibile ſit aliquẽ eẽ amicum duobus vel tribus ſ perfectam amicitiam: vnde in 9ᵒ huius tractatu 3ᵒ caᵒ i. inducit philoſophus iſtam queſtionem. vtrum contingat aliqueꝫ eſſe amicum plurimis ⁊ iſtam q̃ſtionem determinat ꝙ non contingit aliqueꝫ ſ perfectam amicitiam eſſe amicum valde multis. hoc enim eſſet valde difficile ⁊ minus oneroſuꝫ. plures tñ poſſunt eſſe amici. ſ. tot. cum quibus poteſt quis bene conuiuere cõicando cum eis colloquijs ⁊ mente. ſ. ſecreta cordis eis cõicando ⁊ ꝓpalando: ſed hec determinatio multitudinis amicorum non eſt numeraliter: ſed ſꝫ ratõnem: vt ſint tot cum quibus poteſt conuiuere. vbi dicit Lycoñ. ſic videtur aũt ut numeraliter dicatur eẽ multitudo amicorum determinata in duobus vel in tribus ad plus. hec ille. Et mihi videtur ex quo amicitia eſt mutua ⁊ non latens requirens ꝙ vterqꝫ amicorum cognoſcat alium in virtute ⁊ ſciat alium eſſe amicum eius ad qᵭ ſciendum requiritur magis experientia mlẗi temporis non eſt bñ poſſibile aliquem habere pluresſ amicos ꝓut phs loquitur ħ de amicis. Et credo ꝙ ſi quis plures amicos habuerit quẽlibet illorum diligeret minus ꝙ̃ vnum ſolum ſi haberet: nec velle debet homo ꝙ amicitia quã habet ad amicum diminuat̃. ⁊ ideo habens amicum propter bonum virtutis non vult habere multos nec aliuꝫ. ⁊ hoc credo eſſe verum de amicitia perfecta. Poteſt tamen idem homo pl'imis eẽ beniuolꝰ: ⁊ ꝓpter boꝰ virtutis quod in eis percipit nec eſt numerus beniuolorũ determinatus. ſed amicoruꝫ oportꝫ numerum eſſe determinatum ꝓpter experientiam ⁊ cognitioneꝫ de redamatõe. de his videbitur plus in 9ᵒ huiꝰ (Propter vtile) hec eſt ſa particula ſecunde partis. in qua oſtenditur ꝙ in alijs duabus ſpẽbus amicitie. ſ. que ſunt ꝓpter vtile ⁊ delectabile ꝯtingit aliqueꝫ habere plures amicoſ: ⁊ poteſt hic poni ꝯcluſio. 23. ſ. ꝙ ſm amicitiaꝫ ꝓpter vtile ⁊ delectabile poſſibile eſt aliquem habere plures amicos. ⁊ hec concluſio ꝓbatur dupliciter. ꝑ per hoc ꝙ multi inueniunt̃ tales qui a multis recipiunt vtilitates ⁊ delectationes. de vtilitate patꝫ in negociatoribus. ſ. mercatorum. quoruꝫ vnus a multis recipit vtilitateꝫ. Et quantuꝫ ad delectatationeꝫ etiam patet idem: quia idem eſt multis delectabilis: ⁊ a multis recipiens delectationes.

ex quo ꝗ ita eſt. poſſibile eſt ꝙ ſit ita. 2ᵒ ꝓbatur concluſio ꝑ hoc ꝙ ad amicitiam ꝓpter vtile et delectabile non requiritur experientia longi tẽporis: ſꝫ a pauco tempore poteſt quis recipere a multis delectatiões ⁊ vtilitates ⁊ ſcire ſe hiꝰ recepiſſe a multis ⁊ ꝯſilia velle eis retribuere.

Notandũ ꝙ illud qᵭ dictuꝫ eſt ħ. ꝙ cõtingit habere plures amicos ꝓpter vtile ⁊ delectabile non repugnat ei quod dictum eſt in 9ᵒ huiꝰ. qꝛ ibi intendit ꝙ in amicitia vtilis ⁊ delectabilis non eſt bonum nec neceſſariuꝫ habere multitudineꝫ ĩmoderataꝫ amicorum: ⁊ ita non eſt opus plurimis amicis. Sꝫ hic intẽdit ꝙ in amicitijs ꝓpter vtile ⁊ delectabile eſt poſſibile ⁊ forte vtile habere plures amicos in multitudine moderata: vt duo vel tres vel quatuor (Horũ aũt) hec eſt. 3. particula. in qua ꝯparat ad inuicem amicos duaꝝ amicitiarum. ſ. ꝓpter vtile ⁊ delectabile. ⁊ ꝑ proponit intẽtionem ſuã dicẽs ꝙ iter amicos qui poſſunt eſſe multi qui. ſ. ſũt amici propter delectabile ⁊ vtile magis eſt amicitia que eſt ꝓpter delectabile: ꝙ̃ illa q̃ eſt propter vtile. ⁊ hoc eſt veruꝫ: cum eadem ambobꝰ amicis fiat ita ꝙ vterqꝫ exhibeat alteri delectationem: ⁊ propter hoc ſe amant: qꝛ tunc in eiſdem gaudent quod eſt proprium amicitie: tũc enim eſt inter amicos maior vnitaſ quãdo gaudent eiſdem ꝙ̃ quando gaudẽt ĩ diuerſis. Maior eſt enĩ amicitia ⁊ maior vnitas: quãdo vterqꝫ amicorum exhibet alteri delectationem: ⁊ ĩ hoc gaudent. ꝙ̃ quãdo ex vna parte delectabile exhibetur: ⁊ ex alia parte vtile talis eniꝫ eſt amicitia iuuenum quorum vterqꝫ amat alterũ propter delectationem (Magis enim in his) probat qᵭ propoſuit. ſ. ꝙ amicitia ꝓpter delectabile ex vtraqꝫ parte eſt potior: ꝙ̃ amicitia propter vtile. ⁊ hec eſt concluſio. 24. que probatur dupliciter. primo ſic. Illa amicitia que eſt magis laudabilis ⁊ liberalis eſt potior: qꝛ magis aſſimilatur perfecte amicitie que eſt bonoruꝫ. ſed amicitia que eſt propter delectabile ẽ magis laudabilis ⁊ liberalis ꝙ̃ amicitia que eſt ꝓpter vtile. qᵭ patet quia qui amat aliqueꝫ propter hoc ꝙ eſt ſibi delectabilis magis liberaliter magis propter ſe amat illum: ꝙ̃ ille qui ſoꝰ amat aliquem propter vtile. vt propter lucrũ talis enim amicitia eſt propter rem exteriorẽ: ⁊ eſt negotiatorum vel mercatorum qui commutant adinuicem res exteriores (Et beati) 2ᵒ ꝓbatur eadem concluſio ſic. Illa amicitia q̃ pluribus ⁊ maioribus eſt neceſſaria eſt potior. ſed amicitia propter delectabile pluribus ⁊ maioribus ⁊ melioribꝰ eſt neceſſaria: ꝙ̃ amicitia ꝓpter vtile. igitur amicitia propter delectabile ẽ potior ꝙ̃ amicitia propter vtile. Maior patet. ⁊ minor probatur quantum ad vtranqꝫ ſui ptẽ. Primo quia amicitia propter delectabile ẽ neceſſaria melioribus. Nam beati. i. homines in



bonis abundantes non indigent amicis vtilibus: cum enim ſibi ſint ſufficientes non idigẽt recipere vtilitatem ab alijs: ſꝫ indigent amicis delectationibus: quia oportꝫ ꝙ cum aliquibꝰ cõuiuant. quod non põt eſſe ſine delectatione. ꝑ modicũ. n. tẽpus ſuſtinent triſte: ſꝫ diu nõ poſſunt ſuſtinere triſte nec ꝯuiuere cum triſti ⁊ ſic pꝫ vna pars minoris ⁊ alia pars ꝙ amicitia ꝓpter delẽtabile eſt plibꝰ neceſſaria ꝙ̃ amicitia ꝑꝑ vtile. pꝫ. quia amicitia ꝓpter delectabile eſt omnibus hoĩbus neceſſaria. et amicitia ꝓpter vtile non eſt oĩbus neceſſaria. vt ꝓbatum eſt. ꝗ ⁊c. ꝙ aũt amicitia ꝓpter delectabile ſit oĩbus neceſſaria. pꝫ. quia neceſſariuꝫ eſt homini cõuiuere cũ alijs. Nullus. n. homo eſt ſibi ſufficiens quantuꝫ ad oĩa quibꝰ indiget. vñ homo naturaliter eſt animal polliticuꝫ ⁊ ciuile: ſed nullus homo poteſt ꝯtinue cõuiuere cuꝫ triſti vel cum cõtriſtante: nec etiã continue ſuſtinere. imo ſi ipꝫ honeſtuꝫ eſſet triſte vel non delectabile nullꝰ continue illud ſuſtineret. ⁊ ꝓpter hoc credimus ꝙ homines qui non delectant̃ in operibꝰ virtutũ non poſſunt ĩ eis ꝑſeuerare. ⁊ ita pꝫ ꝙ amicitia ꝓpter delectabile eſt oĩbus neceſſaria. (Propter qᵭ amicos) ⁊ qꝛ nullus ſuſtineret diu boꝰ honeſtuꝫ ſi eſſet triſte. ꝓpter hoc virtuoſi querunt amicos delectabileſ eis: ⁊ ꝓpter hoc ꝙ oꝫ eos eſſe delectabiles: oꝫ ꝙ ſint boni ſm ſe. ⁊ ẽt oꝫ ꝙ ſint boni ſibi inuiceꝫ. ſic enĩ habebunt oĩa que ad amicitiã requiruntur.

## Qui autẽ in potenti

bus diuiſis vident̃ vti amicis. alij. n. ipſis ſunt vtiles: ⁊ alteri delectabiles. ambo aũt ideꝫ nõ oĩo. neqꝫ. n. delectabiles cuꝫ virtute querũt. nꝫ vtiles in bona: ſꝫ hos quideꝫ eutrapelios delectabile appetentes. hos aũt deuios operari qᵭ preceptũ eſt. hec aũt non omnino fiũt in eodeꝫ delectabilis autẽ ⁊ vtilis ſimul dcm̃ eſt qm̃ ſtudioſus. Sꝫ ſupexcellenti non fit talis amicus. ſi non ⁊ virtute ſupexcellet̃. ſi aũt non non adequat ſm anologũ ſuperexcelſus. nõ oĩo autem ꝯſueuerunt tales fieri.

Hec eſt tertia pars ꝑncipalis huiꝰ capitli. in qua agitur de diuiſiõe amicoꝝ deputatoꝝ ad diuerſa officia. reſpectu eiuſdem hoĩs ⁊ cõtinet duas particulas. In ꝑma ꝓponit intentionẽ ⁊ oſtendit ꝓpoſitũ. in ſecunda ibi (Delectabilis aũt ⁊ vtilis) rñdet cuidam obiectõi In ꝑma igitur particula ꝓponit intentionẽ. d. ꝙ hoĩes in ptãtibus cõſtituti: vt cõiter vtunt̃ diuerſis amicis ad vtilitateꝫ ⁊ ad delectatõeꝫ ⁊ hec eſt ꝯᵒ 25. que ꝓbatur ſic. Soli virtuoſi ſũt ſibi vtiles ⁊ delectabiles. vt pꝫ ex ꝑcedentibus ſꝫ hoĩes in poteſtatibus conſtituti vt cõiter nõ querunt amicos delectabiles ſm virtuteꝫ. hec enĩ delectatio hꝫ vtilitateꝫ annexam: neqꝫ querunt vt cõiter amicos vtiles ad bõa honeſta. q̃ quidẽ vtilitas habꝫ delectationẽ annexaꝫ. ig̃ homines in poteſtatibus cõſtituti vt cõiter diuerſis amicis vtunt̃ ad vtilitateꝫ ⁊ ad delectationẽ. minor declarat̃ ſic. homines in ptãtibus conſtituti. vt cõiter ad delectationeꝫ vtunt̃ eutrapellis. i. bene ſe habentibus circa ludos et hiſtrionibus. ſꝫ ad vtilitateꝫ appetunt deuios ⁊ eis vtunt̃ ad exequendum ꝑceptum domini: qᵭcunqꝫ illᵭ preceptũ fuerit ſiue boꝰ ſiu malũ ſiue iuſtuꝫ ſiue iniuſtum. ⁊ iſta vt cõiter non ſũt ſimul in eodem. ſ. induſtria ad exequendũ preceptum ⁊ iocularitas. homines enim induſtrij ad exequendum negocia non dant ſe vt cõiter iocis: ſꝫ magis ad induſtrie operanduꝫ. qᵭ preceptum eſt. Intelligendum ꝙ per deuios intelligit phus induſtrios ſeu ingenioſos qui poſſunt faciliter inuenire meꝰ ad finem intentuꝫ ſiue ille finis ſit bonus ſiue maluſ. vnde tã prudens ꝙ̃ aſtutus eſt deuius. qꝛ vterqꝫ habet habitum ad inueniendũ facilr̃ medium ad finẽ intentum. ſꝫ differunt in hoc: quia prudens hꝫ habitum inueniendi mediuꝫ ⁊ viam ad finem bonum: ſꝫ aſtutus habꝫ habitũ inueniendi medium ad finem malum. vt pꝫ ex 6ᵒ huiꝰ (Delectabilis aũt) hec eſt ſcᵭa particula. in qua phs rñdet cuidaꝫ obiectioni que poſſet fieri. que talis eſt. poſſet eniꝫ aliquis dicere ꝙ potentibus idem homines ſunt amici delectabiles ⁊ vtileſ ⁊ ita ſtudioſus ⁊ virtuoſus ſimul eſt delectabilis ⁊ vtilis. ⁊ ita ſtudioſus poteſt eſſe ſimul potenti amicus delectabilis ⁊ vtilis. et ita idem poſſũt eſſe amici delectabiles ⁊ vtiles hominibus in ptãtibus conſtituti (Superexcellenti) remouet iſtam obiectionem. d. ꝙ ſuperexcellẽter potenti virtuoſus nõ ſit amicus niſi virtuoſus a potente cognoſcatur ĩ virtute ſuperexcellens. ſic enim adequatur ſm anologuꝫ. ⁊ aliter non. poteſt enim virtuoſus tm̃ in virtute excedere potentem quantuꝫ potens excedit virtuoſum in potentia ⁊ diuitijs. ⁊ ſic poſſunt fieri amici. Si aũt excellenter potens non excedatur in virtute a virtuoſo ⁊ virtuoſus mltũ excedat̃ in poteſtate a potente non fit adequatio. vnde non fit cõiter adequatio ſ anologum exceſſus inter potentem ⁊ virtuoſum. quia potens vt cõmuniter non defert virtuoſo excedenti in virtute ſcᵭm dignitateꝫ: ſicut virtuoſus defert potenti. Intelligendum eſt ꝙ intentio philoſophi non eſt ꝙ virtuoſus non poſſit eſſe amicus potenti ſeu diuiti: ſꝫ ꝙ hoc raro contingit. quia non contingit niſi a potente cognoſcatur ꝙ virtuoſus excellenter excedit ipſum potentem in virtute. aliter enim non adequaretur exceſſus ſm ꝓportionem.

## Sũt autem igitur decẽ amicitie ĩ eq̃litate.

eadem enim fiunt ab ambobus. ⁊ volũt ad inuicem. vel alterum ꝑ altero commutant

puta delectationem ꝓ vtilitate. Qm̄ autē ⁊ minus ſunt he amicitie: ⁊ manent: dcm̄ eſt. videntur autem ⁊ per ſilitudinem ⁊ diſſimilitudinez eiuſdem ⁊ eſſe ⁊ non eſſe amicitie. ẜʒ ſimilitudinem.n. eius que eſt ẜm virtutem videnꞇ amicitie. hec quid.n. delectabile hʒ ħ āt vtle. hec aūt exiſtunt ⁊ illi. In eo aūt qđ eſt hanc quidem impermutabilez ⁊ manſiuam eſſe. hanc autem velociter tranſcendere. alyſqʒ differre multis nō videtur amicitie ꝓpter diſſimilitudinem illiꝰ

Hec eſt. 4. pars huius capituli. in qua philoſophus quaſi epylogando cōparat ſpecies amicitie ad inuicem. d. ꝑmo ꝙ omnes predicte ſpēs amicitie conſiſtunt in equalitate. et quia hoc eſt manifeſtum de amicitia: que eſt ꝓpter bonum virtutis: declarat ꝙ alie amicitie .ſ. amicitia vtilis ⁊ amicitia delectabilis. conſiſtunt in equalitate. ⁊ hec eſt cōcluſio. 26. que ꝓbatur ſic. illa ẜm que amici eadem vel equalia ſibi inuicem volunt ⁊ faciunt conſiſtunt in eq̄litate: ſed ſcđm amicitiam vtilis ⁊ delectabilis amici eadem ſibi inuicem volunt ⁊ faciunt. igitur amicitia vtilis ⁊ delectabiliſ conſiſtit in eq̄litate. maior eſt manifeſta. ⁊ minor pʒ. quia ẜm amicitiam vtilis ⁊ delectabilis amici eadez vł equalia ſeu ꝓportionabilia ſibi volunt ⁊ faciūt recōpenſantes delectationez ꝓ delectatōe aut vtilitatez ꝓ vtilitate. aut vtilitatē ꝓ delcatōe: aut delectationem ꝓ vtilitate (Quoniaʒ at. minus) ex predictis etiam patet ꝙ he due amicitie que ſunt vtilis ⁊ delectabilis ſunt minꝰ amicitie ⁊ minꝰ permanſiue q̄ʒ amicitia perfecta q̄ eſt bonorum. ſecūdum cuius ſimilitudinem et diſſimilitudinem videntur eſſe amicitie et non eſſe amicitie. ſunt enim ſimiles amicitie perfecte in hoc ꝙ vna habet delectabile ⁊ alia vtile ⁊ amicitia perfecta habet vtrunqʒ .ſ. delectabile ⁊ vtile. ⁊ ſcđm hanc ſilitudinem videntur eē amicitie. Quantum autem ad alia ſunt diſſimiles. Nam perfecta amicitia eſt intranſmutabilis ⁊ permanſiua. alie autē due amicitie velociter tranſmutanꞇ. differunt aūt in multis alys. vt patet ex predictiſ ⁊ per hanc diſſimilitudiēz non videnꞇ eſſe amicitie. Ex predictis patet. ꝙ ſpecies amicitie de quibus eſt determinatū cōſiſtunt in equalitate: ita ꝙ ſunt inter perſonas equales.

## Tractatus ſecūdus

libri octaui de amicitia perſonarum inequaliū .ſ. ſuperexcedentis ⁊ ſuperexceſſi continens. 6. capitula. Capitulum ꝑmum de diuerſitate ſpecieruʒ amicitie ſuperexcedentiuʒ ⁊ ſuperexceſſorum ⁊ de conſeruatione earum (Multi autē videntur (Capitulum 2ꝰ eſt de iſtis operibus amicitie. que ſūt amare ⁊ amari qualiter ſe habent ad amicitiam (Videntur autem quemadmodum) Capitulum 3ꝰ qualiter ſpecies amicitie ſe habent ad cōicationeʒ pollitıcaʒ (Pollitice autem ſpecies) Capitulum 4ꝰ de diſtinctione ſpecieruʒ pollitice ⁊ iconomice cōicationis. (Secūdum vnāquāqʒ autez) Capitulum 5ꝰ de diſtinctione ſpecieruʒ amicitie ẜm diſtinctionez ſpecierum cōicationis pollitice (In cōmunicatione quidem igitur) Capitulum 6ꝰ de ſubdiuiſione ſpecierum amicitie acceptaruʒ ẜ pollitıcas cōicationes.

## Capitulum primum

in quo oſtenditur ꝙ ſuperabundantiū differentium ſpecie ad ſuos correlatiuos ſuperexceſſus ⁊ ſuperexcedentis ad ſuperexceſſuʒ. ⁊ econuerſo ſunt amationes ⁊ amicitie ſpecie differentes ⁊ qualiter ⁊ per que huiuſmodi amicitia: que eſt ſcđm ſuperabundantiam conſeruatur. quia ſcđm hoc quod eſt amare ⁊ amari proportionaliter ⁊ ꝙ inter multum diſtantes non eſt amicitia. ex quo dubitat. vtrum amicus velit amico maximū bonuʒ.

**Altera aūt amicitie** eſt ſpecies que ſecundū ſuperabundātiam. puta patris ad filium, ⁊ totaliter ſeniori ad minorem viroqʒ ad vxorem ⁊ omni imperāti ad imperatum. differunt autem ħ ad inuicē. non.n. eadem parentibus ad filios. ⁊ imperātibus ad imperatoſ. ſʒ neqʒ patri ad filiuʒ ⁊ filio ad patrem. ⁊ neqʒ viro ad vxorem. ⁊ neqʒ vxori ad virum. Altera enim vtriqʒ hoꝝ virtus ⁊ opꝰ altera autem ⁊ ꝓpter que amant. altere igitur ⁊ amationes ⁊ amicitie.

Iſtud eſt primum capituluʒ ſecundi tractatus. in quo incipit determiare de amicitia que eſt ſcđm ſuperabundantiam. que .ſ. eſt ſuperexcedentis ad ſuperexceſſum. ⁊ continet tres partes principales. In prima ꝓponit intentionez ⁊ probat huiuſmodi amicitias eſſe ſpecie differentes. in ſecunda ibi (Eandem quidem vtiqʒ) agit de conſeruatione talis amicitie oſtendendo. per que ⁊ qualiter conſeruatur. in tertia ibi (Unde ⁊ dubitabiliter) monet ⁊ ſoluit dubitationē. qua dubitatur. an homo velit amico ſuo maximum bonum. in prima igitur parte ꝓponit intentionē ⁊ probat iſtas amicitias ſecūdū ſuperabundātias ſpecie inter ſe differre. ⁊ etiā ab alys dicens ꝙ preter predictas amicitias. quibus determinauit: que conſiſtunt in equalitate. que ſcilicet ſunt ſilium ſecundum veritatem vel delectationem vel vtilitatem eſt quedam altera ſpecies amicitie. que eſt ſecundum ſuperabundantiam. vt amicitia que eſt ſuperexcedentis ad ſuperexceſſum. ſicut amicitia q̄ eſt patris ad filium: ⁊ imperantis ad imperatum ⁊ viri ad vxorem. iſte enī amicitie que ſūt ſuperexcedentis ad ſuperexceſſuʒ: vel ecōuerſo differunt ab alys amicitys prius dictis que ſunt inter equales (Differunt autem) iſte etiaʒ amicitie que ſunt ſcđm ſuperabundantiaʒ differunt ẜm ſpecieʒ. Amicitia enī que eſt p̄ris ad filium eſt alia ẜm ſpēm ab amicitia: que eſt imperantis ad imperatum ſeu dnī ad ſeruum. et alia eſt amicitia patris ad filium. ⁊ alia fily ad patrem. alia viri ad vxorem ⁊ alia vxoris ad virum (Altera eniʒ vnicuiqʒ) ꝙ aūt ſuperexcedētium differentium ſpecie: ⁊ ſuperexcedentiſ ad ſuperexceſſuʒ ⁊ econuerſo ſunt amicitie ſpecie diuerſe ꝓbat philoſophus. et hec eſt concluſio 27. que ꝓbatur dupliciter. ꝑmo ſic. Quicunqʒ habent virtutes. i. poteſtates et opera diuerſa ſpecie illorum amicitie ſunt ſpecie diuerſe. ſed ſuperexcedentes differentes ſpecie. ⁊ ſimiliter ſuperexcedēs ⁊ ſuperexceſſum. ⁊ econuerſo habent potentias ⁊ opera ſpecie diuerſa. igitur illorum amicitie ſunt ſpecie diuerſe. Maiorem ſupponit philoſophus tanq̄ʒ manifeſtā. Nam ea que ſunt eiuſdem ſpeciei inquantum huiuſmodi habent potentias ⁊ opera eiuſdem ſpeciei. ⁊ minor patet. Nam ſuperexcedentes diuerſi ſpecie habent potentias ⁊ opera ad ſuperexceſſa diuerſa ſpecie. aliam enim potentiā ⁊ operationem ẜm ſpeciem habet rex ad ſubditos. ⁊ aliam pater ad filios. ⁊ aliam potentiam ⁊ operationem habet pater ad filium ⁊ aliam habet filius ad patrem. ⁊ alia eſt potentia ⁊ operatiō viri ad vxorem ⁊ aliam vxoris ad virum. ⁊ iſta ſunt de ſe manifeſta. Intelligendū ꝙ iſta cōcluſio includit in ſe duas concluſiones partiales prima eſt ꝙ amici ſuperexcellentes diuerſi ſpecie habēt ad ſuperexceſſos amicitias diuerſas ſpecie. vt patris ad filiuʒ viri ad vxorem ſunt amicitie ſpecie diuerſe. Secūda eſt ꝙ amicitia ſuperexcedentis ad ſuperexceſſum eſt alia ſpecie ab amicitia que eſt ſuperexceſſi ad ſuperexcedentem. Amicitia enim patris ad filium eſt alia ſecundum ſpeciem ab amicitia que eſt fily ad patrem. quia aliud ⁊ aliud ſcđʒ ſpeciem eſt opus vtriuſqʒ ad alteruʒ. pater eniʒ habet educare ⁊ nutrire filios: fily habent exhibere reuerentiā patri (Et altera ꝓpter que) 2º. ꝓbatur eadem ꝯº. ſic. ſecundum rationes amandi diuerſas ſpecie ſunt diuerſe amatiōes ⁊ diuerſe amicitie ſpecie: ſed ſuperexcedentiuʒ ſpecie differētium ad ſuperexceſſos ſunt rationes amandi differentes ſpecie. Ratio enim amandi patris ad filium eſt alia ſcđm ſpeciem a ratione amandi quā habet dominus ad ſeruum. Ratio eniʒ propter quam pater amat filium eſt quia eſt đ eius ſubſtantia. ſed ratio amandi quā habʒ dominus ad ſeruum eſt vtile ſeruitium quod dominus habʒ a ſeruo. ⁊ alia ratio eſt ſcđm ſpeciē ꝓpter quā pater amat filium. ⁊ alia ꝓpter quā filius amat patrem. ꝗ ⁊c.

# Capitulum 2ᵐ tractatus ter

tij in quo oſtẽdit̃
q̃uo accuſatões ⁊ querele fiunt in ami
citijs pſonarum inequaliũ quaꝝ vna eſt ſuper
excedens ⁊ alia ſupexceſſa qualr in tali amici
tia vterq3 amicoꝝ ſignificat ſe pluſ debere ha
bere: qð verum eſt: nõ tñ de eadẽ re: ſʒ ſuperex
cellens plus dʒ hr̃e de honoꝛe. ⁊ ſuperexceſſus
plus de lucro ⁊ cum non poſſit retribui condi
gnuʒ ſufficit ꝙ poſſibile. ⁊ qꝛ filiꝰ non põt retri
buere cõdignum patri. ſʒ ſemꝑ remãet debitoꝛ
pluris nõ põt abnegare prem: lʒ pr̃ poſſit abne
gare filium ꝓpter filij ſuꝑabundantẽ maliciã.

# Differunt

aũt in his ⁊ que ſ ſu
ꝑexcellẽtiã amicꝰ di
gnificat aũt vterq3 plꝰ hr̃e. Cuʒ aũt nõ
hoc fiat diſſoluit̃ amicitia. exiſtimat .n. melioꝛ
cõuenire ipi plus hr̃e. bono .n. tribui plus. ſilr
aũt ⁊ vtilioꝛ. inutilem .n. exñteʒ nõ aiunt opoꝛ
tere equale hr̃e miniſtratõem .n. fieri. ⁊ nõ ami
citiã: ſʒ nõ ſcðm dignitatem operũ erũt que ex
amicitia. Exiſtimant .n. queãdmodũ i pecunia
rũ cõmutatione plura accipiunt ꝯferentes ſic
opoꝛtere ⁊ in amicitia. Jndigens aũt ⁊ deterioꝛ
eꝯ. amici. Amici .n. boni eſſe ſufficere indigẽti
bus. Quid .n. aiũt vtile ſtudioſo vel potenti ai
cum eſſe nihil recepturum.

Jſtud eſt 2ᵘ caᵘ tractatꝰ tertij libri. 8. in q̃
determinat̃ qualr fiũt accuſatões ⁊ quere
le in amicitijs pſonaꝝ inequaliuʒ. ⁊ ꝯtinet. 3. ꝑ
tes p̃ncipales. in p̃ma narrat ꝯtrouerſiaʒ ⁊ diſ
coꝛdiã amicoꝝ: que in talibꝰ aicitijſ fieri cõſue
uit. aſſignãdo cũ hoc diſcoꝛdie rõem. in ſa pte
ibi (Videt̃ ãt vtriq3) deteriat v̈itatẽ dubitatõ
nis diſcoꝛdie. in. 3. ibi (Propter qð ⁊ videbr̃) in
fert quoddã coꝛrelaᵘ ex p̃dcis. Prima ps ꝯtinʒ
. 2. ꝑticlas. in p̃ma põit diſcoꝛdiã ⁊ q̃relã. que i
talibꝰ ſolet fieri. in ſa ibi (Exiſtimat .n.) põit ra
tõeʒ diſcoꝛdie ſeu q̃rele. in p̃ma igit̃ ꝑticla dicit
ꝙ in amicitijs que ſunt ſ ſupexcellẽtiã vr̃ eẽ q̃
dã dr̃ia ⁊ diſcoꝛdia iter aicos. dũ vterq3. ſ. ſup
excellẽs ⁊ ſupexceſſuſ dignũ reputat ꝙ ipe plꝰ
habeat ⁊ cum hoc non fiat: diſſoluit̃ amicitia.
(Exiſtimant .n.) hec ẽ ſa ꝑticla. in qua phs aſſi
gnat rõeʒ diſcoꝛdie p̃dicte. ⁊ p̃ ponit rõem ſuꝑ
excedentiũ. 2ᵒ rõem ſupexceſſoꝝ. dicit igit̃ q̃ꝫ
ad aicitiã que ẽ ſ virtutẽ exiſtimat̃ ꝙ ꝯueniẽs
ſit ꝙ ille ꝗ eſt melioꝛ hẽat plus. ſi .n. bono dẽat
tribui bonũ videt̃ ſeq ꝙ melioꝛi debeat plꝰ tri
bui de bono. Silr eſt in amicitia que ẽ ſʒ vtile
ille qui ẽ vtilioꝛ eſtimat ꝙ plus debeat habere
nõ .n. vr̃ rõale ꝙ minꝰ vtilis recipiat eq̃lia aut
tãta ſicut ille ꝗ eſt magiſ vtił. accidit .n. q̃dã mini
ſtratio. i. ſeruitꝰ ⁊ non aicitia ſi cõmoda q̃ ex ai
citia ꝓueniunt nõ diſtribuãt̃ ſ dignitatẽ opeꝝ
vt. ſ. ille ꝗ maioꝛẽ vtilitatẽ facit: pluſ de vtilita
te hẽat. eſtimat .n. ꝙ ſicut ex mercaturis ex cõi
pecunia: illi plꝰ debent recipe qui plus de pecu
nia poſuerũt: ꝙ ita debeat fieri de amicitia: ꝙ
qui pła poſuit ad amicitiã pła debeat recipe.
(Jndigens aũt ⁊ deterioꝛ) iferioꝛes ⁊ ſupexceſ
ſi inducũt ꝓ ſe rõeʒ ꝯrio indigẽs in aicitia vti
lis ⁊ deterioꝛ in aicitia ſʒ virtutẽ dicunt ꝙ ad
amicũ ſuperexcellẽtẽ in bono ꝑtinet ꝙ ipe ſuf
ficiẽter ꝓuideat aicis indigẽtibꝰ. Nulla .n. vr̃
vtilitas ꝙ aliquis iferioꝛ eẽt amicꝰ alicuiꝰ ſu
perioꝛis vt magis virtuoſi vł potentis. ſi nihil
vł modicũ ab eo recipe dẽat. vñ ſupexcellẽtes
dicũt ſe debere plus hr̃e: qꝛ ſunt melioꝛes ⁊ plꝰ
hõi faciũt. ⁊ ſupexceſſi dicũt ſe plus debere ha
bere: qꝛ plus indigent.

# Videtur auteʒ vterq3

recte dignificare: ⁊ opꝫtere vtiq3 plꝰ tribuere ex
amicitia nõ ex eodẽ. ſʒ ſupexcellẽti qdẽ honoꝛi
indigenti aũt lucri. v̈tutis qdẽ .n. ⁊ bñficij: ho
noꝛ eſt retributio. indigentie aũt auxilium lu
crũ. Sic aũt hr̃e hec ⁊ in vrbãitatibꝰ vr̃. Non
.n. honoꝛat̃ ꝗ nullũ bonũ cõi tribuit. cõe .n. da
tur ei ꝗ cõe bñficat. honoꝛ aũt cõe. Non .n. ẽ ſi
mul ditari a cõibꝰ ⁊ honoꝛari. Jn oibꝰ .n. minꝰ
nullus ſuſtinet. ei aũt ꝗ circa pecũiaſ minoꝛat̃
honoꝛẽ tribuũt: ⁊ dona expectãti pecũias. ꝙ ſ
dignitatẽ .n. adequat ⁊ ſaluat amicitiã: queãd
modũ dictũ eſt. Sic itaq3 ⁊ in eq̃libꝰ aſſociãdũ
⁊ ei ꝗ i pecũias vtilis ẽ. vt in virtute honoꝛem
reddẽdũ tribuẽtẽ ꝙ ꝯtingit. poſſibile .n. aicitia
req̃rit nõ qð ſ dignitatẽ. Neq3 .n. ẽ in oibꝰ quẽ
admoduʒ in his q̃ ad deos honoꝛibꝰ ⁊ ꝑentes.
Nullus .n. ſm dignitatẽ aliq̃n vtiq3 retribuit.
Jn potẽtiã aũt famulãs epyiches eẽ videt̃.

Hec eſt ſcda ps p̃ncipal. in q̃ deteriat v̈itu
tẽ dubitatõis reducẽdo dcõs diſcoꝛdes
ad ꝯcoꝛdiã. d. ꝙ vtriq3. ſ. tã ſupioꝛ q̃ʒ iferioꝛ vr̃
rõe dignificare. i. exiſtimare illð qð ẽ dignũ ꝙ
dʒ vtriq3 pluſ tribui ex amicitia: nõ tñ de eadẽ
re: ſʒ ei ꝗ ſupexcellit dʒ plꝰ dari de honoꝛe. ⁊ ei
ꝗ indiget plus dari de lucro (Virtutiſ qdẽ .n.)
ꝓbat qð ſuppoſuit. ſ. ꝙ ſupexcellẽti ẽ plus tri
buẽdũ de honoꝛe: ⁊ indigẽti plus de lucro. ⁊ h
eſt ꝯclo. 51. que ꝓbat̃ dupłr. ſ. ꝑ rõeʒ ⁊ ꝑ exẽplũ
ꝑ rõem ſic. vnicuiq3 ẽ tribuẽdo plus de illo qð
ẽ ei magis ꝓpꝛiũ ꝓ opibꝰ ſuis: ⁊ quo ẽ magi di
gnus. ſʒ honoꝛ eſt ꝓpꝛia retributio ꝓ opibus v̈
tutis ⁊ ꝓ bñficijs ipenſis in quibꝰ maioꝛes ex
cedunt ⁊ ꝓpꝛia retributio indigẽti eſt auxiliuʒ
ꝯ indigentiã q̃ʒ ſupexceſſi patiunt̃. ⁊ ꝑ lucrum
p̃ſtat̃ auxiliuʒ. igit̃ ſupexcedẽti qui dignꝰ ẽ ho
noꝛe eſt plus retribuẽduʒ de honoꝛe ⁊ indigẽti
plus de lucro (Sic aũt hr̃e) ꝓbat̃ eadẽ ꝯ. ꝑ ex
emplũ tale (Jn vrbanitatibꝰ). i. in exhibitõibꝰ
ciuiuʒ regentiũ ciuitateʒ videmus ſic eſſe. ꝙ ꝗ
buſdaʒ tribuũt honoꝛẽ. ⁊ quibuſdã lucꝝ. ſup
excellẽtibꝰ .n. ꝙ aliqð bonuʒ ciuitati ꝯtulerũt:
dat̃ cõe bonũ qð eſt honoꝛ. indigẽtibꝰ v̈o ⁊ ſuꝑ
exceſſis qui ꝑꝑ ſua ſeruitia expectãt bona ſiue
dona. dat̃ lucꝝ ſiue attribuũt pecũias. Nõ .n.
defacili ꝯtingit ꝙ aliqs a cõitate ſił diuitias ⁊
honoꝛes recipiat. nulluſ .n. expectat minꝰ in oi
bus. hoc ẽ nullꝰ ſuſtineret ꝙ in oibus diminue
ret̃. ſ. tã q̃ꝫ ad honoꝛes q̃ʒ q̃ꝫuʒ ad diuitias: ſʒ
ei ꝗ eſt dinutꝰ in pecunijs ꝑꝑ expenſas q̃s fecit
in ſeruitiũ cõitatis tribuunt gubernatoꝛes ci
uitatis honoꝛeʒ. eis aũt ꝗ ꝑꝑ ſua ſeruitia expe
ctãt dona attribuũt pecunias. ⁊ ſic in ciuibꝰ ſu
ꝑexcellẽtibꝰ ꝓpter bona magna q̃ fecerũt cõi
tati attribuũt̃ honoꝛes ⁊ minoꝛibꝰ indigẽtibus
ꝗ ſeruitia fecerũt ꝓ cõitate qui lucrũ expectãt
ꝓ ſeruitijs attribuunt̃ pecũie. ſic debʒ eẽ i ami
citijs ꝙ vnicuiq3 amico tribuẽdũ eſt. ſ dignita
tẽ. ꝑ hoc .n. ſeruat̃ amicitia. Sicut igit̃ ciuitates
quibuſdam exhibent honoꝛes. ⁊ quibuſdaʒ pe
cunias ſm earuʒ dignitatem ſic facienduʒ ẽ in
amicitijs. quãdo amici ſunt inequales. ⁊ ei qui
magis vtilis fuit in acquirendo pecunias vel
opera virtuoſa peregit reddatur honoꝛ: quãuiſ
non tm̃ valeat quãtuʒ operatio virtutis. vnde
retributio dʒ fieri: ⁊ ſi non de equiualẽti tamẽ
de eo qð fieri poteſt (Poſſibile enim) ſʒ aliquis
foꝛte diceret ꝙ equalitas i amicitijſ debʒ obſer
uari. ⁊ per ꝯñs dʒ equiualens retributio fieri.
⁊ ſm dignitateʒ. Jſtud remouet phs. d. ꝙ ami
citia req̃rit illud qð põt fieri. ⁊ non ſꝑ ſm digni
tatẽ. ⁊ h põt poni cõcluſio. 52. ſ. ꝙ in amicitijs
non ſemper eſt retributio facienda ſm dignita
tem ſic intelligendo ꝙ non ſemper debet retri
bui tantum quantum eſt dignuʒ. ita ꝙ ille cui
fit retributio non ſit maioꝛi dignꝰ. ⁊ hec ꝯclo ꝓ
bat̃ ſic. Jn aicitia q̃ eſt hoĩs ad deum ⁊ filioꝛuʒ
ad ꝑentes non poteſt fieri retributio condigna
immo quantũcunq3 homo honoꝛaret deum
vel filij parentes adhuc magis tenentur. ⁊ ſic
eſt de quolibet alio beneficio tribuendo deo
aut parentibus. ſi tñ aliquis famuletur deo et
parentibus ſm ſuaʒ potentiaʒ videt̃ eſſe epyi
ches. i. virtuoſus. Jntelligenduʒ ꝙ qꝛ homo

totum ſuuꝫ eſſe habet a deo ⁊ a parentibꝰ ⁊ eis
non poteſt retribuere eſſe nec equiualens: ideo
nullus homo poteſt deo vel parentibus condi
gnaꝫ retributioneꝫ tribuere.

# Propter quod et uti ꝙ

videbitur non licere filio patrem abnegare. pa
tri autem filiuꝫ. debitū enim reddendum. Ni
hil autem faciens dignum eoꝛuꝫ que ſufferunt
operatus eſt q̄re ſuperdet. Quibus autem de
betur poteſtas dimittere: ⁊ patri vtriq̄ꝫ. Simul āt
forte nullus aliquādo regere videtur niſi ſuper
excellente in malicia. ſine enim naturali amici
tia auxialiatione humanum non expelli. Huic
autem fugiendum vel non feſtinanduꝫ ſuffice
re malo exn̄ti. bene pati. n. multi volunt facere
autem fugiunt vt inutile. De his autē itantuꝫ
dictum eſt.

HEc eſt tertia pars in qua ph̄us ex p̄dictis
infert quoddā coꝛrelariuꝫ. ⁊ eſt ꝙ non lꝫ
filio abnegare patrem. ⁊ hec eſt ꝯ̄. 53. ⁊ vltima
huius libri. ⁊ intelligo per abnegare aliquem
oīo dimittere ipꝫ de ip̄o non curando nec ei ali
quod beneficium exhibendo. ꝯcluſio ꝓbaꝰ ſic.
Ille qui ſemper remanet debitoꝛ ad benefaciē
dum alicui non lꝫ ip̄m abnegare ſibi non bn̄fa
ciendo: ſed filius ſemꝑ remanet debitoꝛ ad bn̄
faciendū patri. igitur non licꝫ filium abnegare
patreꝫ. Maioꝛ eſt manifeſta: qm̄ non licꝫ debi
toreꝫ nunq̄ꝫ reddere debitum. ⁊ minoꝛ etiaꝫ pꝫ
quia filius nunquā poteſt aliquod condignuꝫ
facere patri ꝓ beneficijs receptis a patre. ⁊ ideo
ſemper remanet debitoꝛ eius. ⁊ ſic p̄ma pars cō
cluſionis. et ſecūda pars patꝫ ex hoc ꝙ ille cui
debetur habet poteſtatem dimittendi eos qui
ei debent: ⁊ ita pater habꝫ poteſtatem dimittē
di ⁊ abnegandi filiuꝫ (Simul auteꝫ forte) nar
rat ꝙ ſimul cuꝫ hoc ꝙ non licet filio abnegare
patrem nullus filius de facto videtur recede
re a patre abnegando ip̄m niſi forte ꝓpter ſuꝑ
abundanteꝫ maliciam. Naꝫ ꝓpter amicitiam
naturalem que eſt inter filium ⁊ patrem inhu
manum eſt ꝙ filius expellat patreꝫ qui ſibi in
tm̄ auxiliatus eſt dando ſibi eſſe. nutritionem.
⁊ diſciplinaꝫ. Sꝫ ſi filius ſit malus pater debꝫ
eū refugere aut ip̄m oīo dimittere: aut non mul
tū curando ꝙ ei ſufficiēter ꝓuideaꝰ. qꝛ forte ꝑ
hoc ſua malicia creſceret. multi autē ſunt q vo
lunt bn̄ pati ab alijs: ſꝫ facere alijs fugiunt tā
q̄ꝫ inutile. de his que ad ſpēs amicitie pertinēt
iterius dictū. ⁊ in hoc terminaꝰ expoſitio. 8. li.

QUeſtiones mote ⁊ ſolute in hoc ꝯ̄. ſunt
zz. tractatꝰ p̄mi capli p̄mi. In oībꝰ diſ
ſiliuꝫ rerū ſperū amicitijs.

Per quid cōſeruaꝰ ⁊ diſſoluiꝰ amicitia. ſoluiꝰ
ꝙ ꝑ recōpenſatōem cōdignā ſeu retributōeꝫ
ꝓpoꝛtional conſeruaꝰ. ⁊ per defectū vt recō
penſatōis condigne diſſoluiꝰ.

Utꝝ ad p̄accipiētē vl ad añdātē ꝑtinet oꝛdina
re dignitatē retributōis in aicitijs faciende.
ſoluiꝰ ꝙ in aicitijs ſm̄ virtuteꝫ. electio añdā
tis cū mēſura retributōis faciēde ſic in cōicā
tibꝰ ph̄iaꝫ. in amicitijs vtil ⁊ delectabil q̄n̄q̄ꝫ
menſurat amboꝝ cōſenſus. vt in emptionibꝰ
⁊ venditionibꝰ.

In libera vō ꝯmutatōe quē n̄ ē ex ꝯdcō ſeu pa
cto ad p̄accipiētē ꝑtinet ſm̄ v̄itatē oꝛdinare ⁊
menſurare dignitatē retributōis n̄ ſ ꝙ poſte
rius ſm̄ ꝙ añ habere app̄ciatus eſt.

Utꝝ p̄ri ſit p̄oibꝰ alijs diſtributio faciēda. ſol
uiꝰ ꝙ nō. qꝛ nō oīa ſūt p̄ri ꝑp̄a. ſꝫ honoꝛ ꝓpꝛiꝰ
debitꝰ p̄ri: ⁊ ea q̄ ꝑtinēt ad ſuſtētatōeꝫ ⁊ ꝯſer
uatōeꝫ vite ſūt p̄ri p̄ ceteris diſtribuēda.

Utꝝ oꝫ p̄ri p̄ oībꝰ ⁊ in oībꝰ obedire. ſoluiꝰ ꝙ n̄
qꝛ ifirmꝰ magl hꝫ obedire medico q̄ꝫ p̄ri: ⁊ vir
bellicoſus magis duci exercitꝰ q̄ꝫ p̄ri.

Utꝝ hō magl oꝫ exhibere beneficiū amico ſuo
vel viro virtuoſo.

Utꝝ hō magl oꝫ tribuere bn̄factoꝛi ſeu credi
toꝛi vel amico poſito ꝙ non poſſit vtriq̄ꝫ ſuffi
cere. ſoluunꝰ iſte due ꝙ in aliq̄ cāu vni ⁊ i ali
quo cāu alteri. ſi. n. ſuꝑexcedat datio bono vl
nccīo ad h̄ dclināō ſi datio faciat magl boꝰ l
magl neceſſaꝰ ad aliū q̄ꝫ ad creditorē vl ami
cū vel virtuoſū. ad hoc. i. ad magis boꝰ ⁊ ma
gis neceſſariū ē ad declinandū. qō in aliq̄ cāu
pōt eē vni ⁊ in aliquo cāu alteri.

Utꝝ i aicitijs ꝓpter vtile ⁊ delectabile ſit ami
citia diſſoluēd a. ſoluiꝰ ꝙ ſic. qꝛ cā q̄n̄q̄ꝫ ceſſat
qꝛ qō eſt vtile vel delectabile nō ſemper ꝑma
net vtile aut delectabile.

Capitulum zꝰ. dubitationem autē habent.

Utꝝ iter manētē in v̄tute ⁊ trāſmutatū ad ma
liciā oꝫ aicitia ꝑmanere aut diſſolui. ſoluiꝰ ꝙ
ſi factꝰ malꝰ ſit iſanabil: ita ꝙ nō poſſit de faci
li reduci ad v̄tutē: tē ſtati ē aicitia diſſoluēda
Si āt malꝰ ſuſcipiat directōꝫ: ita ꝙ poſſit de
facili reduci ad v̄tutē nō oꝫ diſſolui: ſꝫ ē adiu
uādū ad hoc ꝙ reducaꝰ ad virtuteꝫ.

Utꝝ iter ꝑmanētē i v̄tute in p̄ſtino gradu ⁊ al
teꝝ trāſmutatū ad ſūmū gradū v̄tutis oꝫ aici
tia diſſolui. ſoluiꝰ ꝙ ſi fiat magna diſtātia ⁊
diſſolui: ſꝫ nō ꝓpter diſtantiā ꝑuam.

Capitulum 3ꝰ. habꝫ aūt dubitatōeꝫ.

Utrum poſt diſſolutionem amicitie debet per
manens in virtute familiariꝰ ſe habere ad illū
qui pꝛefuit amicus q̄ꝫ ad extraneos. Soluiꝰ
ꝙ familiarius debet ſe habere ad illuꝫ qui p̄
fuit amicus.

Capitulum. 4. amicabilia autem.

Q̄uō ſe habet virtuoſus ad oꝑa amicitie. ſolui
tur ꝙ ſibi competunt oīa oꝑa amicitie reſpc̄u
ſui ip̄ius ⁊ ēt reſpectu alterius virtuoſi.

Q̄uō homo malus ſe habet ad opera amicitie.
ſoluitur ꝙ ei non ꝯpetit aliqō opus amicitie:
nec reſpectu ſui ip̄iꝰ nec reſpectu alterius.



Capitulum. 5. beniuolentia autem.

Utrum beniuolentia ſit ideꝫ ꝙ amicitia. ſolui
tur ꝙ beniuolentia non eſt amicitia: ſed p̄nci
pium amicitie.

Capitulum. 6. amicabiles.

Circa quā materiā eſt cōcoꝛdia que ē operatio
amicitie. ſoluitur ꝙ non eſt circa ſpeculabilia
ſed circa operabilia habentia aliquaꝫ magni
tudineꝫ que poſſunt conuenire vtriq̄ꝫ concoꝛ
dantium.

In quibus inuenitur concoꝛdia moꝛalis. ſolui
tur ꝙ in bonis ⁊ non in prauis niſi parꝫ.

Capitulum. 7. bn̄factoꝛes autem.

Cur benefactoꝛes magis amant beneficiatos:
q̄ꝫ beneficiati amant benefactoꝛes. ſoluitur ꝙ
hoc contingit. quia vnuſquiſq̄ꝫ magis diligit
ſuū opus q̄ꝫ opus diligat ip̄m cuiꝰ eſt opus. ⁊
qꝛ delectabilius eſt bn̄facere q̄ꝫ bn̄ pati.

Capitulum p̄mum tractatꝰ ſcd̄i dubitaꝰ.

Utrum homo debeat maxime ſeip̄m diligere.
ſoluitur ꝙ non debet maxime ſeip̄m diligere
ſ illud qō eſt ſenſibile hoc ē non debet ſibi ma
xime tribuere bona ſenſibilia: ſꝫ magis debet
ſe diligere ſ illud qō i eo eſt itellectuale. maxi
me. n. debet diligere ſibi bona itelligibilia. vt
opera virtutis. amoꝛ ſui p̄moꝰ eſt vituperabil
ſꝫ amoꝛ ſecūdoꝰ eſt laudabil.

Capitulum zꝰ. dubitaꝰ aūt ⁊ circa felicē.

Utruꝫ homo felix indigeat amicis. ſoluitur ꝙ
non indiget amicis ꝓpter vtile vl delectabile
niſi parꝫ. indiget aūt amicis ſtudioſis.

Capitulū p̄ꝰ tractatꝰ. 3. vtꝝ aūt ꝙ plīmos.

Utruꝫ homo oꝫ ſibi facere plīos amicos. ſolui
tur ꝙ non eſt opus pluribꝰ amicis in aliquo
genere amicitie.

Utrum magis opus ſit amicis in bonis foꝛtu
nis q̄ꝫ in infoꝛtunijs. ſoluitur ꝙ i infoꝛtunijs
homo magis indiget amicis ꝓpter neceſſita
tem. in bonis aūt foꝛtunis ꝓꝑ honeſtatē.

Capꝰ zꝰ. vtrū aūt in bonis.

Utruꝫ p̄ñtia amicoꝝ ſit delectabilis. ſoluitur
ꝙ in oī foꝛtuna pꝛeſentia amicoꝛum eſt dele
ctabilis.

Capitulum 3ꝰ. vtrū ḡ vel.

Quid in amicitia ꝓpoꝛtionale viſſoni. i. quid ē
amicis maxime eligibile. ſoluitur ꝙ ꝯuiuere
eſt amicis maxīe eligibile ⁊ delectabile.

Incipit Liber 9ꝰ Ethicoꝛum.

# Liber nonus qui

eſt de ꝓpꝛietatibus amicitie cōti
net tres tractatus. Primus eſt de
conſeruatōe ⁊ diſſolōne ⁊ operibꝰ
amicitie. in zꝰ tractatu ibi (Dubitaꝰ aūt vtruꝫ
oꝫ) mouet ⁊ ſoluit dubitatōem ex p̄te ip̄iꝰ amā
tis. in 3ꝰ tractatu ibi (Utrū igiꝰ plurimos) mo
uet ⁊ ſoluit dubitatōeꝫ ex p̄te amatoꝝ. Primꝰ
tractatꝰ cōtinet. 7. capl'a. p̄mum capꝰ eſt de cō
ſeruatōe amicitie ⁊ de accuſatiōibus ⁊ querel
que fiunt in amicitijs ⁊ remedijs earūdem. in
zꝰ caꝰ ibi (Dubitatōeꝫ aūt habēt) mouentur ⁊
ſoluunꝰ quedaꝫ dubitationes circa recōpenſa
tōes ſ quas amicitia conſeruatur. in 3ꝰ caꝰ ibi.
(Habet auteꝫ dubitatōem) determinaꝰ de diſ
ſolutione amicitie. in 4ꝰ caꝰ ibi (Amicabilia au
tem) determinaꝰ de operibꝰ amicitie in gn̄ali.
ponendo origineꝫ operū amicitie. ⁊ oñdendo q̄
⁊ quot ſunt oꝑa amicitie ⁊ qualr diuerſi diuer
ſimode ſe hn̄t ad illa. in 5ꝰ caꝰ ibi (Beniuolētia
autē) determinaꝰ in ſp̄ali de oꝑe amicitie: qō ē
bn̄iuolentia. i 6ꝰ caꝰ ibi (Amicabiles aūt) deter
minaꝰ de concoꝛdia in ſp̄ali que eſt aliud opus
amicitie. in 7ꝰ caꝰ ibi (Benefactoꝛes autem) de
terminatur in ſp̄ali de 3ꝰ opere amicitie quod
eſt beneficientia. in p̄mo igitur capꝰ narrat ꝙ i
diſſilibus amicitijs anologum equat ⁊ ſaluat
amicitiam quēadmodum equat ⁊ ſaluat polli
ticam cōicationem cuiꝰ eſt menſura nūmiſma
⁊ ꝙ in amicitia accidit accuſatio ⁊ diſſolō ami
citie cum amantes non ꝓpter idem amant: ſed
h̄ ꝓpter delectabile. h̄ autem ꝓpter vtile ꝓpter
hoc diſſoluiꝰ amicitia cuꝫ non fiant gratia quo
ruꝫ amabant. deinde ꝙ cōtendunt cuꝫ altera
ad inuicē ip̄is fiunt q̄ꝫ que appetunt: qōq̄ꝫ in li
berali cōicatōne. non auteꝫ dantis ſed pꝛeacci
pientis eſt oꝛdinare dignitatem redditionis: ⁊
ꝙ p̄accipientes ⁊ non reddentes qō ꝓmiſerūt.
vt ſophiſte rōnabiliter ſunt accuſabiles. ante
dantes aūt ⁊ pꝛeaccipientes non ꝓpter confeſ
ſionem miniſtrationis ſunt inaccuſabiles ⁊ in
his menſura antedantis electio ſicut in cōican
tibus ph̄ia: ⁊ ꝙ non exn̄te dante tali ſed in lu
crū quandoq̄ꝫ menſurat amboꝛum conſenſus
ſm̄ veritateꝫ aūt pꝛeaccipientis eſt menſurare
dignitateꝫ retributionis nō ſ ꝙ poſterius: ſꝫ ſ
ꝙ añ habere appꝛeciatus eſt.

# IN omnibus autem

diſſilium ſpēꝝ amicitijs analoguꝫ vtriq̄ꝫ
eq̄t ⁊ ſaluat amicitiaꝫ quēadmoduꝫ dictuꝫ eſt
puta ⁊ in pollitica ꝯtrario ꝑ calciamenti retri
butio fit ſm̄ dignitateꝫ ⁊ textoꝛi ⁊ reliquis. Hic
quidem igiꝰ inuenta eſt cōis menſura nūmiſ
ma: ⁊ ad hoc vtriq̄ꝫ oīa referuntur ⁊ h̄ menſurā
tur. In amicitia autem q̄n̄q̄ꝫ quideꝫ amatoꝛ ac
cuſat qm̄ ſuperamans non redamatur nihil ha
bens amabile. ſi ſic contingat. multotiens aūt
amatus qm̄ plus repꝛomittens omnia tm̄ nihil
ꝑficit. Accidit aūt talia cum hic quideꝫ ꝓpter
delectationeꝫ amatuꝫ amet. hic auteꝫ propter
vtile amatoreꝫ. hec aūt non ambobus exiſtūt:
ꝓpter h̄. n. amicitia exn̄te. diſſolutio fit cuꝫ nō
fiat quoꝛuꝫ gratia amabāt. nō. n. ip̄os amabāt
ſm̄ exn̄tia. non manentia entia. Propter quod
tales ⁊ amicitie. Que autem moꝛum ſm̄ ſeip̄aꝫ
exiſtens manet quemadmodum dictum eſt.

Contendunt aūt ⁊ cum altera fiant ipſis ⁊ que
non appetunt. ſimile enī ei quod eſt nihil fieri
cum eo qđ appetit non ponitur. puta et cytha-
redo repromittens ⁊ quanto melius caneret tā
to plus vel mane autem expetenti ꝓmiſſiones
ꝓ delectatione delectationem reddidiſſe dixit
ſiquidem igitur vterqꝫ hoc volebat ſufficienter
vtiqꝫ habuit. ſi aūt. hic quidem dilectōnē. hic
aūt lucrum. ⁊ hꝰ quidem hꝫ. hic autē non. nō
vtiqꝫ erit qđ ſm cōicationem bene. Quibꝰ enī
indigens exiſtit his ⁊ attendit. ⁊ illius quidē
gratia hec dabit.

Iſtud eſt pͥmū capꝰ iſtius libri. in quo de-
terminatur de conſeruatione amicitie. ⁊ de
accuſationibus ⁊ querelis circa amicitias ⁊ de
remedijs ꝯ huiuſmodi accuſationes ⁊ continꝫ
duas partes principales. In pͥma narrat qua-
liter amicitia perſonarum diſſimiliū conſerua
tur. ⁊ qualiter propter defectum retributionis
anologi fiunt accuſationes ⁊ querele. in ſa pte
ibi (Dignitatem vtriuſqꝫ) docet remedia cō
tra accuſationes antedictas. Prima pars con
tinet duas particulas. In pͥma narrat per gđ
amicitia diſſolubiliū perſonaꝝ conſeruatur
in ſecunda particula ibi( In amicitia autem)
narrat qualr in amicitijs ꝓpter defectū retri
butionis anologi fiunt accuſationes ⁊ querele
In pͥma igitur particula pͥmo narratur qualr
amicitia diſſiliū perſonarum conſeruatur.
Nam de conſeruatione amicitie perſonarū eq̄
lium eſt manifeſtum qualiter conſeruatur. qꝛ
per hoc ꝙ equale ſeu equipollens reddit̄. nar-
rat igitur ꝙ amicitia perſonarum diſſiliū. cꝰ
mōi ē amicitia pr̄is ad filiū ⁊ regis ad ſubditū
conſeruatur per exhibitionem anologi. i. per hꝫ
ꝙ vtriqꝫ exhibetur ꝓportiōale. ⁊ pōit exemplū
⁊ eſt ꝙ ſicut iuſticia pollitica cōſeruatur per hꝫ
ꝙ vnicuiqꝫ redditur ꝓportionale. verbi gratia
Nam ſm iuſticiam polliticā coriario ꝓ calcia
mentis que dedit fit retributio ſm dignitatem ⁊
ſm ꝓportionem valoris calciamentorum. ⁊ idē
eſt de textore ⁊ alijs artificibus. Si. n. cořarius
velit aut debeat recipere frumentum ꝓ calcia
mentis debꝫ recipere tm̄ de frumento quantū
valent calciamenta aliter non fieret cōmuta-
tio iuſta. ⁊ ſicut per exhibitionē ꝓportionalis
conſeruatur iuſticia pollitica: ita amicitia con
ſeruatur per exhibitionē ꝓportōnalis (Hic qͥ
dem igitur) verūtamen non eſt omnino ſimile
de cōicatione ſed iuſticiam polliticam ⁊ de cō-
municatione ſcđm amicitiā. quia iuſticia pol-
litica faciliter ſciri poteſt vtrum reddatur pro
portionale vel non. quia in cōmunicatione pol
litica inuenta eſt quedam menſura cōis. ſ. nū-
miſma ad quod ſicut ad menſurā omnia hu-
iuſmodi cōmutabilia habent referri ⁊ eorū p̄-
cium per nūmiſma menſurari: ⁊ ideo in cōmu
nicatōne pollitica eſt certū quid ꝓ quo ſit red
dendum. verbi gratia. Si corearius ꝓ calciamē
tis debet recipere frumentū ⁊ dubitatur quā
tum de frumento debet recipere recurrendū
eſt ad cōmunem menſurā. ſ. ad nūmiſma. ⁊ vi
dendum eſt quot nūmiſmata valent illa calcia
menta et ſi calciamenta valent. 6. nūmiſmata
retribuendū eſt frumentum valens. 6. nūmiſ
mata vt modium frumenti. poſito ꝙ modius
frumenti valeat. 6. nūmiſmata. ⁊ ſic per nūmiſ
ma quod eſt menſura cōmunis faciliter poteſt
ſciri quid ꝓ quo ſit reddendum ſm iuſticiam
polliticam. ſed non eſt ſic de amicitia. Nam ea
que cōmunicantur ſcđm amicitiā cuiuſmōi ſūt
affectus interiores ⁊ obſequia amicorum non
habent huiuſmodi menſuram vel ſi habeant:
illa non eſt manifeſta. non enim huiuſmodi af-
fectiones ⁊ obſequia poſſunt pecunia apprecia
ri aut nūmiſmate menſurari (In amicitia au
tem) hec eſt ſecunda particula. in qua philoſo-
phus narrat qualiter in amicitijs propter defe
ctū retributionis anologi fiunt accuſationes
⁊ querele ꝓpter hoc. ſ. ꝙ non fit debita recom-
penſatio amicitie ⁊ hoc ꝯtingit dupliciter. Aut
quia non fit recompenſatio interioris affectus
. ſ. actus interioris amicitie qui eſt amare. aut
quia nō recōpēſantur ſm dignitatē bōa exterio
ra q̄ querebant̄. aut qꝛ recompēſantur alia bo
na q̄ꝫ que querebantur. fit enim quādoqꝫ accu
ſatio per hoc ꝙ non recompenſatur interior af
fectus. Amator enī quādoqꝫ accuſat amatū
ꝓpter hoc ꝙ ipſe ſuperabundanter amat. ⁊ nō
redamatur ab amato. ⁊ huiuſmodi accuſatio ē
quandoqꝫ iuſta ⁊ quādoqꝫ iniuſta. quia ſi ama
tor ſit dignus redamatione eſt accuſatio iuſta
ſi autem amator nihil in ſe habet vnđ ſit dignꝰ
amari tunc eſt accuſatō iniuſta. Econtrario āt
quando amatus accuſat amatorē ꝓ eo ꝙ ama
tor prius ꝓmiſit ſibi omnia vel plura: ⁊ tandē
nihil ꝑfecit vel paruū. ⁊ hoc modo fit accuſatō
ꝓ eo ꝙ non recompenſant̄ ſcđm dignitatē bo
na que querebātur (Accidunt autem talia). ſ.
dicte accuſatōnes ꝓpter defectū recompenſa
tionis bonorum exteriorum accidunt in amici
tijs ꝓpter vtile ⁊ delectabile. cum enī non fit
recompenſatio vtilis ꝓ delectabili. vel ecōuer
ſo: qđ contingit cū predicta non exhibent aut
non exhibentur. tunc fit accuſatio ⁊ diſſoluun
tur huiuſmodi amicitie. quia amici ſcđm iſtas
amicitias non ſe amabant ꝓpter ſeipſos: ſed ꝓ
pter predicta. ſ. ꝓpter vtilitatem vł delectatio
nem. ſed amicitia bonorum eſt permanēs ſicut
dictum eſt. Nam amici ꝓpter iſtam amicitiam
amant ſe ꝓpter ſe (Contendunt autem) adhuc
aūt fiunt accuſationes ꝓpter hoc ꝙ non fit re-
compenſatio illius qđ querebatur: ſed alicuius
rei alterius. Cum enim vnus amicorū non tri
buit alteri illđ qđ deſiderat: ſꝫ aliud ſicꝫ ē ac ſi
nihil tribuerꝫ. Exꝰ pōit phꝯ de q̄dā cythaređo
cui quidam ꝓmiſit ꝙ quanto melius caneret
tanto plus ei daret. poſtmodū cū cytharedus
mane petiuiſſet repromiſſiones ſibi adimple-
ri reſpondit promiſſor. ꝙ ipſe promiſſiones cō
pleuit. qꝛ ꝓ delectatione reddidit ſibi delcātōꝫ
forſitan ꝓmiſſor in aliquo delectauerat cytha
redum. ⁊ ſi cytharedus querebat delectationē
ſufficienter erat recompenſatio facta. Si vero
ꝓmiſſor querebat delectationē ⁊ cytharedus
lucrū nō fuit ſufficiens recompenſatio facta.
quia vnus habuit qđ querebat ⁊ alius non ha
buit quod querebat. Ille enim qui recompen-
ſat exhibendo beneficium impenſum debet at
tendere ad illa quibus ille indiget cui exhibet
⁊ quid ille cui fit exhibitio deſiderat ꝓ recom-
penſatione. ⁊ talia debꝫ exhibens dare gratia
beneficij ſibi facti.

# Dignitatē autē utri

q̄ꝫ vtiqꝫ ordinare eſt antedantis vel preaccipien
tis. Qui enim antedat videt̄ concedere illi qđ
aiūt ⁊ pytagoram facere. cū enim doceret quē
q̄ꝫ honorare diſtentem iuſſit quando videtur
digna ſcire. ⁊ accipiebat tantū. In talibus au
tem quibuſdam ſufficit hꝫ. merces autem viro.
Preaccipientes autem argētum. Deinde nihil
facientes eorū que dixerunt ꝓpter ſuperabū
dans repromiſſionū cōuenienter in accuſatio-
nibus fiunt. Non enim perficiunt que confeſſi
ſunt. hoc autem forte facere ſophiſte coguntur
ꝓpter nullum vtiqꝫ dare argentum pro quibꝰ
ſciunt. Iſti quidem igitur quorum accipiebant
mercedem non facientes conuenienter in accu
ſationibus ſunt. In quibus autem non fit pro
pter confeſſionem miniſtrationis. hi quidem ꝓ
pter ſeipſos antedantes. dictum eſt qm̄ inaccu
ſabiles. talis enim ſecundum virtutem amici-
tia. ⁊ retributionem faciendam ſcđm electionē
hec enim amici ⁊ virtus. Sic autem ⁊ videtur
⁊ phīa cōicantibus. non enim ad pecunias di-
gnitas menſuratur preciumqꝫ equiponderans
non vtiqꝫ fiet: ſed forte qđ ſufficiens quēadmo
dum ad deos ⁊ parentes contingēs. Non tali
autem exiſtente datōne: ſed in aliquo. maximo
quidem forte oportet retributionē fieri viſā
ambobus ſm dignitatem eſſe. ſi autem hoc nō
accidat. non ſolum neceſſarium eſſe videbitur
vtiqꝫ prehabentem ordinare: ſed etiam iuſtū.
quantum enim vtiqꝫ iſte adiutus eſt: vel ⁊ quā
to delectationem vellet vtiqꝫ tm̄ recipiens ha
bebit ad hoc dignitatem. Et enim in emptioni
bus ſic videtur factum. Alicubi autem ſunt le
ges. ſ. voluntariarū conuentionum vindictas
non eſſe: vt oportunū cui credit diſſolui ad hūc
quēadmodum cōmunicauit. Cui enim conceſ-
ſum eſt hunc exiſtimāt iuſtius eſſe ordinare cō
cedente. multi enim non equali appreciantur
habentes ⁊ volentes accipere. ꝓpria enim ⁊ q̄
dant ſingulis videntur multo digna: ſꝫ tamen
retributio fit ad tm̄ quantū vtiqꝫ ordinant ac
cipientes. Oportet autem forte in tanto appre
ciari quantum habenti videtur dignum: ſꝫ qm̄
ante habere appreciati eſt.

Hec eſt ſecunda pars principalis huiꝰ ca-
pituli. in qua philoſophꝰ docet remedia
cōtra predictas accuſationes ⁊ continet duas
particulas. quia enim per recompenſationem
condignam conſeruatur amicitia ⁊ ꝓpter defe
ctum recompenſationis condigne fiunt accuſa
tiones ⁊ querele. ideo in prima particula oſten
dit phus ad quem pertinet eſtimare condignā
recompenſationē in amicitijs. in ſecunda par
ticula ibi (In quibus autem non fit) oſtendit̄
quomodo debet fieri recompenſatio in amici-
tijs. In pͥma igitur particula narrat tria. pͥmū
eſt ꝙ eſtimatio condigne recompenſatiōis per
tinet ad vtrunqꝫ. ſ. tam ad eum qui accepit āte
q̄ꝫ ad eum qui dedit ante. 2ꝰ quod narrat eſt ꝙ
eſtimatio condigne recompenſationis videtur
magis pertinere ad eum qui accepit ante q̄ꝫ ad
eum qui ante dedit. ⁊ cauſa quare ſic videtur ē
quia ille qui ante dedit videtur concedere iu-
dicium recompenſatōis illi cui dedit. i. illi qui
ante accepit. ⁊ ponitur exemplum de pytagora
qui prius docens diſcipulos poſtea ꝓ doctrina
quā dedit diſcipulis recepit honores ⁊ mune
ra a diſcipulis ſcđm eſtimationem diſcipulorū
accipientium ſcientiam ab eo: ⁊ de his fuit con
tentus que diſcipuli exiſtimant condigna pro
ſcientia quā ab eo receperunt. vnde quibuſdā
ſufficit ꝙ eis fiat recompenſatio ſm eſtimatio-
nem recipientium beneficia. ⁊ ſic videnī ſuffi-
cienter mercedem recipere. que merces datur
viro. quia huiuſmodi merces ſufficit viro cui
datur. quia contentus eſt de ea. ⁊ ſi non ſit ſuf-
ficiens rei exhibite prius. quia non valet tan-
tum quantum res prius exhibita: ⁊ aliquotieſ
eſt econuerſo. ſ. ꝙ merces data ante danti pro
beneficio prius recepto ſufficit rei prius exhi-
bite: quia equiualet vel plus ſed non ſufficit vi
ro. qꝛ vir prius dans non eſt contentus de hu-
iuſmodi mercede. (Preaccipientes autem)
3ꝰ quod narrat eſt ꝙ q̄uis iudiciū recōpenſa
tionis videt̄ pertinere ad illū qui pͥus recepit
beneficiū cū ex defectu illorū qui ante recipi-
unt contingunt iſte accuſatōes ⁊ turbationes.
multi enī pͥus accipiunt pecuniam q̄ꝫ ſeruiūt.
⁊ deide nihil faciunt eoꝝ que ꝓmiſerunt. ⁊ hoc
forte: qꝛ ꝓmiſſiones eoꝝ erant ſuperflue. ⁊ ſic
iuſte accuſant̄. qꝛ non ꝑficiūt ea que ꝓmiſerūt
⁊ hoc cogunt̄ ſophiſte facere. qui ꝓmittunt ſciē
tiā: ꝓ qua pre manibus recipiunt pecuniā. ipſi
eni ꝓmittunt qđ facere non pñt: qꝛ ꝓ oībus que
ſciunt nullū argentū daret̄ eis ſi cōmitteret̄
arbitrio dicētiū aut iudicio ſapientū (In qui-
bus aūt non fit) hec eſt ſecunda ꝑticula ſecūde

partis.in qua oſtendit̃ quomõ oȝ fieri recõpẽ/
ſatio in amicitijs.⁊ primo oſtendit̃ q̃lis eſt recõ
penſatio facienda in amicitijs:que ſunt ſcḋm v̓
tutez.deide in alijs amicitijs.Dicit igitur p̃mo
ꝙ in quibuſdã amicitijs in q̇bus non ẽ faciẽda
recõpenſatio ꝑpter cõfeſſionez.i.ꝑpter ꝓmiſ/
ſionez alicui⁹ recõpenſationis: vbi.ſ.aliqd da/
tur propter ſeipſum.i.ꝑpter illuȝ cui dat̃.cui⁹
ſunt amicitie ꝑpter virtutez.in his amicitijs ẽ
recõpenſatio facienda reſpiciendo ad electõez
ſeu ad officiuȝ facientis. Electio.n.maxime ꝑ/
tinet ad amicitiã ⁊ virtutez.⁊ amici ſm talem
amicitiã ſunt inaccuſabiles.⁊ ſicut eſt in cõica
tione amicitie ſm virtutez.ſ.ꝙ non expectatur
aliqua res exterior vt pecunia vel aliquid hi⁹
ꝓ retributione:ita ẽ in cõicatiõe ph̓ie.vt diſci/
pulũ ⁊ magiſtruȝ.dignitas.n.ph̓ie que cõicat̃
diſcipulo non poteſt pecunia menſurari nec po
teſt diſcipulus equiualens ꝓcium reddere ma
giſtro:ſȝ forte reddẽdũ qḋ ſufficiens eſt.⁊ ſic ẽt
deo ⁊ parentibus.(Non tali aũt exiſtente) viſo
qual̓r eſt recõpenſatio facienda in amicitijs ſȝ
virtutẽ oſtendit qualiter in alijs amicitijs ẽ re
cõpenſatio facienda: vt in amicitijs ꝑpter vtile
⁊ delectabile ⁊ dicit ꝙ in alijs amicitijs in qui/
bus non fit exhibitio amico ꝑpter ſeipm̃ tm̃:ſȝ
intentio dantis eſt aliquid ecõtra recipere:opȝ
ꝙ fiat retributio ſ exiſtimationez amboꝝ.ſ.dã
tis ⁊ recipientis.magis tñ ſm exiſtimationem
illius qui p̃us recepit beneficiũ.⁊ hec p̃ma con
cluſio huius libri.ſ.que in amicitijs ꝑpter vtile
⁊ delectabile magis eſt recompenſatio faciẽda
ſm exiſtimationẽ illius qui p̃us recepit benefi
ciuȝ q̃ȝ ſm exiſtimatõez dantis.⁊ hec ↄcluſio ꝓ
batur dupl̓r.p̃ ſic.ſm eſtimatõem illius q me/
lius nouit q̃ȝ⁹ beneficiũ valuit recipienti ma/
gis debȝ recõpenſatio fieri tribuendo aũ dan/
ti tm̃ q̃tum valuit recipienti: vel q̃tuȝ fuit ac
ceptatuȝ a recipiente:ſȝ ille qui p̃us recepit bñ
ficiuȝ magis nouit q̃ȝ fuit adiutus ꝑ beneficiũ
ſibi datum ab amico in amicitia vtili aut quã
tum acceptauit delectationez in amicitia dele
ctabili.igit̃ in his amicitijs magis eſt recõpen
ſatio facienda ſ exiſtimationez p̃us recipienti
beneficiũ q̃ȝ ſm exiſtimatõez dantis (Alicubi)
2⁰.ꝓbatur eadez ↄcluſio ſic.per leges ⁊ ſtatuta
quarũdam ciuitatuȝ in quibus lege ſtatuit̃ ꝙ
nõ fiat aliqua vindicta ↄtra voluntarias ↄuẽ
tiones.⁊ ſi aliquis cõtrahentiuȝ poſt ↄtractuȝ
reputat ſe deceptum tradendo ⁊ credendo ali/
cui voluntarie rez ſuã debȝ fieri ſolo ⁊ recõpẽ/
ſatio ſm eius iudicium cui credidit benefi⁹.et
rõ hui⁹ eſt.qȝ illi qui tradunt res ſuas reputãt
eas plus valere q̃ȝ in rei veritate valeãt.⁊ ideo
eoꝝ iudicio non eſt ſtanduȝ.multa.n.ſunt que
non equaliter ap̄ciant̃ ab his qui hñt ea ⁊ ab
his q non habent ⁊ de nouo volunt ea recipere
ꝓpria.n.que ſingulis dant: videt̃ eis multo
digna:ſed retributio dȝ fieri ad tm̃ q̃tum ordi
nãt vel exiſtimant recipientes(Dȝ autez forte)
ſȝ dubium eſt qual̓r eſt recõpenſatio facienda
ſ iudicium recipientis aut ſ eſtimatiõez quaȝ
hȝ de re poſtq̃ȝ hȝ eaȝ aut ſm eſtimatiõem quã
habuit a p̃n⁹ q̃ñ non habuit rez:ſȝ eã cupiebat
habere.Ad illud dubiũ rñdet ph̓s.d.ꝙ forte re
cipientes debẽt ap̄ciare bñficiuȝ ſeu reȝ quã
recipiunt nõ ſȝ ꝙ eis videt̃ dignum poſtq̃ȝ iaȝ
hñt bñficiuȝ:ſȝ q̃tuȝ appreciebat̃ añq̃ȝ hẽrent
q̃ñ ea cupiebant.ſolent.n.hoies appreciari bo/
na tp̄alia iaȝ adepta min⁹ q̃ȝ quando ea nõ ha
bita cupiebant.Iſtam tñ ſolonez nõ ponit Ari.
tanq̃ȝ certã.ſȝ cuȝ aduerbio forte. Naȝ hoies i
magna neceſſitate exñtes multotiens ap̄cian
tur rem non habitam in centuplo plus q̃ȝ valȝ
non tñ ꝑpter hoc oportȝ ſm illam eſtimationẽ
facere recõpenſatõem.Sed forte itelligit ꝙ re
cõpenſatio eſt facienda ſm eſtimatõez quã hȝ
recipiens de re q̃ñ hȝ eaȝ q̃tum ip̄a valuit tp̄e
receptionis.non ſcḋm eſtimationem quã hũit
anteq̃ȝ recepit eam.

## Capituluȝ ſecunduȝ

in quo mouent̃ ⁊ ſoluunt̃ quedã dubi/
tationes circa recõpenſatiões per quas amici
tia conſeruat̃.ſ.vtruȝ oia ſint patri tribuenda
vtꝝ patri ſit in omnibus obediendum.vtrum
amico vel ſtudioſo miſtranduȝ.vtꝝ bñfactori
vel amico magis dandũ ſi ambob⁹ non conue
nit.Ad que rñdet ꝙ talia certe determiare nõ
eſt facile ꝑpter multimodas taliuȝ dr̃ias:pro
pter quas nunc ſic nunc oppoſito mõ ſe hñt:et
oȝ ſemꝑ ad magis bonuȝ vel neceſſariũ decli̇a
re.que in his ꝑ varias circũſtantias alternant̃
rõem que circa actões ⁊ paſſiones.ſil̓r habent
determinatuȝ ſicut ea circa que ſunt.deide ꝙ
neq̃ȝ patri in oibus obediendũ.nec oia ei tribu
endũ nec oibus eadem reddenduȝ: ſȝ ſingulis
ipſis congruentia.

**Dubitatõem autem**
habent ⁊ talia.puta vtꝝ oȝ oia patri at
tribuere ⁊ obedire.vel laborãtez quidez medi
co obediendũ.ducez aũt exercitus ad ordinã/
dũ bellicoſum.Sil̓r autẽ amico magis vel ſtu
dioſo miniſtrandũ.Et bñfactori reddendũ gra
tiaȝ magis vl̓ amico danduȝ.ſi ambobus non
contingit. Igit̃ omnia talia certe quidẽ decla/
rare non facile.multas.n.⁊ oimodas hñt diffe
rentias ⁊ magnitudine ⁊ paruitate ⁊ bono ⁊ ne
ceſſario.Q̃m autez non oia eidem reddendum
non immanifeſtum.

Iſtud eſt 2⁹ cap⁹.in quo ponunt̃ ⁊ ſoluun
tur quedã dubia circa recõpenſatões ꝑ q̃s
amicitia conſeruat̃.⁊ continet duas ptes prin/
cipales.in p̃ma mouet dubitatões.⁊ ponit̃ ſo/
lutio in generali.in ſa ibi(Et bñficia quidem)
Soluunt̃ dubia mota in ſp̄ali.p̃ma pars conti
net duas p̄ticulas.in prima mouent̃ dubia.in
ſcḋa ibi(Igitur omnia talia)ſoluunt̃ dubia in
generali.in p̃ma igitur particula mouȝ.4.que
ſtiones.p̃ma eſt vtrũ in oibus ſit diſtributio fa
ciẽda patri ꝑ oibus alijs.ſcḋa eſt vtruȝ in oib⁹
ſit magis obediendũ patri q̃ȝ cuicũq̃ȝ alteri per
ſone.⁊ hanc queſtionez ſtatiȝ ſoluit.d.(Uel la/
borantẽ ⁊c̃)⁊ hec eſt ſolo ꝙ non in oibus eſt ma
gis obediendũ patri q̃ȝ cuicunq̃ȝ alteri ꝑſone.
(Nam laborans ⁊c̃)hoc eſt infirmus magis hȝ
obedire medico q̃ȝ patri.⁊ hoc in his que ad ſa/
nitatez pertinent. Si.n.pater ꝓcipiat egrotãti
ꝙ comedat calida ⁊ medicus precipiat ↄtrariũ
magis habet obedire medico q̃ȝ patri.⁊ vir bel
licoſus magis hȝ obedire duci exercitus q̃ȝ prĩ
in his que ad bellũ pertinent.tertia qõ eſt vtꝝ
homo magis dȝ exhibere beneficiuȝ amico ſuo
vel viro virtuoſo.quarta queſtio eſt.vtruȝ hõ
dȝ retribuere bñfactori ꝑ bñficio recepto.ſiue
ꝓ grã ſuſcepta magis q̃ȝ dare amico ſi ita ſit ꝙ
homo non poſſit vtriq̃ȝ ſatiſfacere(Igit̃ oia ta/
lia)hec eſt ſecũda particula.in qua excuſat ſe a
certa ſolone hi⁹ queſtionũ quaſi ſoluendo in ge
nerali.d.ꝙ non eſt facile determiare oia iſta ꝑ
certitudinez:qȝ circa p̃dicta poteſt eſſe magna
dr̃ia ſm magnitudinem ⁊ paruitatez.põt enȝ
aliquis eſſe amicus ⁊ benefactor vel virtuoſus
ſm magis ⁊ minus.⁊ q̃ñq̃ȝ eſt dr̃ia ſm bonuȝ ⁊
neceſſariuȝ.Nam miniſtrare virtuoſo vel aico
videt̃ forſitan magis bonuȝ.ſȝ miniſtrare bñfa
ctori videt̃ magis neceſſariũ.i.magis debituȝ
illud aũt qḋ in talib⁹ eſt manifeſtuȝ ẽ ꝙ nõ ſũt
oia eidem exhibenda:ſed quedam quibuſdam
⁊ alijs alia.

**Et beneficia quidem**
retribuendum vt iniuſtum magis q̃ȝ donandũ
amicis.Et quẽadmodum mutuum cui dȝ red/
dendũ magis q̃ȝ amico dandum. Forte autem
neq̃ȝ hoc ſemꝑ puta liberari a latronibus.vtꝝ
ſoluentez ↄ liberandum:⁊ vtriq̃ȝ quicunq̃ȝ ſit vl̓
capto.petenti autem reddendum vel patrez li
berandum.videbitur enim vtiq̃ȝ ⁊ ſeipſo magis
patrem.Quod igitur dictuȝ eſt vniuerſal̓r qui
dem debitum reddendum.ſi autem ſuperexce
dat datio bono vel neceſſario.adhuc declaran
dum.Quandoq̃ȝ eniȝ neq̃ȝ eſt equale preexiſtẽ/
tiam retribuere.cum h̓ quidez ſtudioſus bene
faciat.huic autem redditio fiat quidem exiſti/
mant malum eſſe.Neq̃ȝ enim accõmodari quã
doq̃ȝ reaccõmodanduȝ.exiſtimans quidez eni
lucrari accõmodauit epyichi exñti. Hic autez
nõ ſpera lucrari a malo.ſiue igitur veritate ſic
habet non equalis dignitas:ſiue habet qḋ non
ſic aũt exiſtimans autez.non vtiq̃ȝ videbitur i
conueniẽtia facere.Quod quidem multotiens
dictum eſt circa paſſiones ⁊ accidẽs ⁊ rationes
ſimiliter habent determinatum his circa que
ſunt.Quoniam quidem igitur non eodez omni
bus reddendum.neq̃ȝ patri omnia.quẽadmo/
dum neq̃ȝ ioui ſacrificantur:non in manifeſtuȝ
Quia autem altera parentibus:⁊ fratribus et/
amicis ⁊ benefactoribus ſingulis ꝓpria ⁊ con/
gruentia attribuendum.Sic autez ⁊ facere vi
dentur.ad nuptias quidem eniȝ vocant cogna
tos.his cõmune genus.⁊ que circa h̓ vtiq̃ȝ ac/
tiones:⁊ in lxedea autem maxime exiſtimãt co
gnatos obuiare ꝑpter idem.videbitur autem
vtiq̃ȝ nutrimento quidem partibus oportere:
maxime ſufficere vt debentes et cauſis eſſendi
melius q̃ȝ ſibi ipſis.in hoc ſufficere:⁊ honorem
quidem quẽadmodum dijs.Non omnez autẽ
parentibus.neq̃ȝ eniȝ eundez patri ⁊ matri.nȝ
rurſus eum qui ſapientis vel eum qui ducis ex
ercitus:ſed paternum.ſimiliter autez ⁊ mater
num.Sed ⁊ omni ſenimi honorem eum qui ſȝ
etatez aſſurrectõe ⁊ inclinatione ⁊ talibus.Ad
amicos autem rurſus ⁊ fratres confidentiam
⁊ omnium cõicationem:ſȝ ⁊ cognatis ⁊ ciuibus
⁊ cõtribulib⁹ ⁊ reliquis omnibus ſemper tẽtan
dum ꝓprium attribuere ⁊ comparare:que ſin/
gulis exiſtentia ſm ꝓprietatem ⁊ virtutem vel
vſum.Eorum quidem igitur qui vnius generis
facile iudicium.differentium autez difficilius
non tamen ꝑpter hoc quidem recedendum:ſȝ
vt vtiq̃ȝ continget ſic determinandũ.

Hec eſt ſecunda pars p̃ncipalis.in qua ſol
uit iſtas queſtiones in ſpeciali.⁊ cõtinet
duas particulas.in p̃ma ſoluit tertiaȝ queſtio
nem ⁊ quartam.in ſecunda ibi(Quoniam qui/
dem igitur)ſoluit p̃mam queſtionez.⁊ per illã
ſolutionez intelligitur ſolutio ſecunde queſtio
nis.quarta queſtio fuit.vtrum magis ſit retri
butio facienda benefactori vl̓ gratis dare ami
co.iſta queſtio ſic ſoluitur ꝙ vt in pluribus ho
mo magis debet retribuere benefactori q̃ȝ gra
tis dare amico:ſi vtrũq̃ȝ fieri non poſſit. magis
enim debet homo reddere mutuum q̃ȝ gratis
dare amico.⁊ hoc eſt verum ſcḋm iuſticiam le/
galem.unde ſcḋm honeſtatem moralem tenet̃
homo ad retribuendum benefactori:ſicut ſcḋȝ
iuſticiam legalem ad reddendum mutuum.
(Forte autem neq̃ȝ h̓)quia vt dictum eſt.vt in
multum magis retribuendum eſt benefactori
q̃ȝ gratis dandum amico.quia illud non ẽ vni/
uerſaliter verum.ideo dixit vt in multuȝ.quã
doq̃ȝ enim magis dandum eſt gratis amico vel
virtuoſo q̃ȝ retribuendum benefactori. Si eñ
gratis datio excedat in bono virtutis vel i ne/
ceſſario redditionez benefactori tunc magis ẽ
dandum gratis amico vel virtuoſo q̃ȝ redden/
dum benefactori.ſemper enim declinandum ẽ
ad illud quod eſt melius.vel magis neceſſari/
um.et h̓ quãdoq̃ȝ contingit.Naȝ amico vel pa
tre capto a latronibus aut exilte in vinculis.

magis eſt dandū gratis pro liberatione habenda ꝙ̃ benefactori non exiſtenti in vinculis petenti beneficium ſibi fieri. H enim liberare amicum vel patrem a vinculis eſt magis neceſſarium ꝙ̃ retribuere beneficium benefactori et multum etiam virtuoſo magis eſt dandū gratis ꝙ̃ retribuere benefactori exiſtenti prauo. H enī excedit in bono virtutis. ſ. gratis datio multum virtuoſo excedit in bono virtutis retributionem factam benefactori exiſtenti prauo vel apparenti malo. vnde non ſemper benefactori eſt retribuendum ſicut non ſemper eſt accōmodanti reaccōmodandum. Si enim malus accōmodet virtuoſo ſperans inde habere lucrū non oportet virtuoſum reaccōmodare malo. quia virtuoſus non ſperat inde lucrum. quandoq enī retributio pro beneficijs precedentibus non poteſt adequari vni grate donationi. vt cum beneficium gratis confert vni excellēter virtuoſo: ꝛ ex alia parte attribuitur beneficium benefactori qui eſt vel eſtimatur eſſe malus. per hoc patet ad hec dubia. quid iſtorum quatuor ſit potius faciendum. vtrū homo debet magis liberare eum qui eum quādoq liberauit a vinculis vel amicum vel patrem vl' ſit retribuendū benefactori non exiſtenti in vinculis aliquid petenti. Iſta ſoluuntur ſic. aut eſt redditio debita benefactori ſm iuſticiam legalem. verbi gratia ſi ſit mutuum ꝛ tale debitum quaſi vniuerſaliter eſt pre ceteris reddendum. aut eſt debitum ſcđm honeſtatem moralem tātum: vt ſi aliquis dedit mihi beneficium nullo pacto interueniente de retributione facienda: ꝛ in hoc caſu debeo potius dare patri ꝙ̃ benefactori vel amico ꝛ magis ꝙ̃ liberare illum qui liberauit me a vinculis: ſi etiam gratis datio amico vel virtuoſo excedat in bono virtuti vel in neceſſario retributionem debitam benefactori. tūc debet homo potius gratis dare amico vel virtuoſo ꝙ̃ beneficium retribuere benefactori cui obligatur moraliter tantū ſiue ſm iuſticiam moralem tantū. vnde philoſophus ponit hic regulam generalem ꝛ eſt ꝙ in talibꝰ ſemper eſt declinandum ad illud quod eſt melius ſeu magis neceſſarium. Et idem videtur de mutuo. in aliquo enim caſu melius aūt magis neceſſaꝰ eſt dare patri vl' virtuoſo ꝙ̃ reddere debitum vel mutuum. (Quod quidem igitur) ex dictis apparet vnum qđ ſepiſſime dictū eſt ſuperius. ſ. ꝙ rationes que ſunt circa actiones ꝛ paſſiones non poſſunt aliquod determinatum habere ſcđm certitudinem ſicut nec ea circa que ſunt. Sed dubium eſt vtrum mutuum magis ſit reddendum vel retributio facienda benefactori vel dandum patri vel amico vel vtuoſo. ꝛ videtur ꝙ mutuū potius ſit reddendum. quia hoc eſt opus iuſticie legalis: que eſt preclariſſima virtutum. Contra. ſcđm iuſticiam moralem eſt retributio facienda benefactori: ꝛ etiam dandum patri: ſꝫ iuſticia naturalis potior eſt ꝙ̃ iuſticia legalis. Iterum ſm virtutē amicitie dandum eſt amico ꝛ virtuoſo. ꝛ amicitia eſt potior ꝙ̃ iuſticia: quia exiſtente amicitia non indigemꝰ iuſtitia: ſꝫ ecōuerſo: vt dictū eſt l. 8. huius. igitur potius ꝛ melius eſt dare amico indigenti ꝙ̃ reddere debitum rōne mutui. Ad illud dubium videtur mihi eſſe reſpondendum per regulas quas tradidit hic philoſophꝰ ꝛ ē. ꝙ reſpiciendū eſt ad preeminentias ſeu exceſſū in bono virtutis vel neceſſario vnius ad alterum ꝛ qđ magis excedit in bono aut neceſſario eſt potius faciendum. nunc autem videt ꝙ melius ꝛ magis eſt neceſſariū in aliquo caſu dare patri vl' amico vel vtuoſo ꝙ̃ reddere mutuū. vt ſi pater vel amicus vel virtuoſus ſit i vinculis vel in extrema neceſſitate conſtitutꝰ ꝛ ille cui debetur ratione mutui non ſit in tāta neceſſitate: ſꝫ ꝙ poterit expectare ſine dāno ſolutōez ꝙ̃uis non velit aliquā dilationē dare ꝛ aliqñ eſt melius mutuum reddere ꝙ̃ dare amico vel virtuoſo: vt qñ ille cui debet rōne mutui indiget ſolutione mutui ꝛ alij vt amicus et virtuoſus non ſunt in extrema neceſſitate. vnde ſemper illud quod melius eſt ꝛ magis ꝛ neceſſariū eſt potius faciendum. vnde Lycoñ. iſtas litteras (Si autē ſuperexcedat datio bono vel neceſſario) exponit ſic. Si datio eſt intēſius vel magis bonum vel magis neceſſariū per aliquam occaſionē que datio fit ad alium ꝙ̃ ad creditorē ad hoc. i. ad magis bonum vel magis neceſſariū declinandum. hec Lycoñ. Et ſic pꝫ ſm ipm ꝙ datio facta alij ꝙ̃ creditori poteſt in caſu eſſe magis bonū vel neceſſariū ꝙ̃ redditio facta creditori. Pro ratōnibus inductis eſt ſciendum ꝙ quecunq virtus ſit pncipaliſſima ꝛ optima nō oportꝫ ꝙ quelibꝫ operatio illius ſit melior quacunq operatione cuiuſcunq alterius virtutis. vnde poſito ꝙ iuſticia legalis ſit optima virtus ex hoc nō ſequitur ꝙ quelibꝫ operatio iuſticie legalis ſit melior quacunq operatione amicitie aut fortitudinis. oꝫ tamē ꝙ optima operatio pncipaliſſime virtuti ſit potior ꝛ melior quacunq operatione cuiuſcunq inferioris virtutis. Per hoc patet ꝙ nō ſequitur iuſticia legalis eſt optima vtus. ꝛ reddere mutuum eſt operatio iuſticie legalis ꝛ dare grati eſt operatio amicitie. ideo reddere mutuū eſt melius ꝙ̃ gratis dare. ſꝫ ad hoc ꝙ concluſio ſequatur oportꝫ accipere in pmiſſis ꝙ reddere mutuum eſt operatio optima iuſticie legalis. Per hoc patet ad omnes rationes. nec intromitto ad preſens que virtus ſit pncipaliſſima (Quoniam quidem igitur non eadē) hec eſt ſecunda particula ſcđe partis pncipalis in qua philoſophus ſoluit queſtionem primam: que eſt iſta. vtrū patri pre omnibus alijs ſint omnia exhibenda. ꝛ cōtinet. 3. partes. In pma ſoluit qōnem in generali ꝛ eſt ſolutio ꝙ nō oīa ſunt patri exhibenda. In ſecunda ibi (Videbit autē) oſtendit in ſpeciali que quibus ſunt exhibenda. in tertia parte ibi (Eorum quidē igitur) narrat in quibus facile eſt videre: que quibus ſunt tribuenda: ꝛ in quibꝰ iudicium de talibus eſt difficile. In prima igitur parte pbat: ꝙ non omnia ſunt patri exhibēda. ꝛ hec eſt cōcluſio. 2. que pbatur dupliciter. pmo per quoddam exemplum ſic. Sicut apud gentiles non omnia ſacrificabantur Ioui: qui apud eos noiabatur pater omniū; ſed quedam ſacrificabantur alijs dijs. ita non omnia ſunt exhibenda patri: ſed quedā alijs parentibus ꝛ amicis. 2° pbatur per rationē ſic. ſolum illa que ſunt propria patri exhibenda debent exhiberi patri: ſꝫ non omnia ſunt patri ppria: ſꝫ quedam ſunt ppria alijs amicis. ergo non omnia ſunt patri exhibenda. Maior patꝫ. nam ſingulis ſunt ppa eis conuenientia tribuenda. parentibus enim ſunt tribuenda illa que eis ſunt ppria ꝛ fratribus ꝛ amicis extraneis ꝛ benefactoribus ſunt ppria ꝛ eis congruentia exhibenda. Et eodem modo eſt de virtuoſis. ꝛ iſtud cōmuniter obſeruant homines. quia ad nuptias ſm quas fit ppagatio generis homines vocāt cognatos: quibus eſt cōmune genus. ꝛ ad actiones que ſunt circa nuptias vocantur conſanguinei. ꝛ ppter eandē rōnem homines exiſtimant ꝙ conſanguinei debent occurrere in gedea. i. i conuentione in qua tractatur de nuptijs celebrādis. (Videbitur autem vtiq) hec eſt ſecunda pars ſcđe particule ſcđe partis principalis. in qua oſtendit in ſpeciali que quibus ſunt tribuenda. et pmo oſtendit ꝙ parentibus ſunt maxime tribuenda ꝛ filijs: ea que pertinent ad ſuſtētatiōem vite ſiue ad conſeruationē in eſſe. ꝛ hec eſt cōcluſio. 3. que pbatur ſic. illud quod filij ſuſceperunt a parentibus aut equiualens maxime debent eis tribuere vel in eſſe conſeruare ſi tribuere non poſſunt: ſed filij acceperunt eē a pentibus ꝛ non poſſunt eis dare eſſe. igitur maxime debent eſſe ꝛ viuere parētum conſeruare qđ fit retribuendo ea que pertinent ad ſuſtentatōnē vite cuiuſmodi ſunt alimenta et indumenta. ꝙ̃ ꝛc. vnde in talibus magis debēt ſubuenire parentibus ꝙ̃ ſibi ipſis. Deide narrat ꝙ aliud debent filij tribuere parentibus dicens ꝙ filij debent exhibere parentibus honorem tanꝙ̃ cauſis eſſendi queadmodum ꝛ dicimꝰ. non tamen omnem honorem debent parentibus. quia nō debent eundē honorem patri et matri: nec patri debetur honor qui debetur ſapiēti vel duci exercitus: ſed patri debetur paternus honor ꝛ mr̄i honor maternus: ꝛ omni ſeni debetur honor propter etatem in aſſurgendo ꝛ inclinando eis. fratribus autem ꝛ conſanguineis tribuendum eſt. quod vnicuiq eſt ppriū: ſ. cōmunicatio rerum ꝛ confidentia ad agendum. vnde ſingulis eſt tentandum attribuere illud quod eſt ppriū vnicuiq ꝛ adaptare ſingulis ea que eis competunt ſm pprietatem. puta etatis: ꝛ ſm vtutem puta ſapientie ꝛ vſum officij. puta exercitus vel cuiuſcūq talis. (Eorū quidem igitur) hec eſt tertia particula. in qua narrat in quibus facile eſt videre que quibus ſunt tribuenda ꝛ in quibus iudiciū de talibus eſt difficile ꝛ dicit ꝙ quibus magis eſt tribuendū facile ē videre in his que ſunt vnius generis. i. parentele. verbi gratia de duobus cōſanguineis magis conſanguineo ſubueniendum eſt: quod intelligi debet ceteris paribus: ſed iudicium de differentibus genere eſt difficilius. vt vtrum magis ſit ſubueniendum ſapientiori vel magis conſanguineo: ſed quamuis hoc ſit difficile: tñ ab huiuſmodi conſideratione non eſt recedendum: ſed perſcrutandum eſt ꝙ̃tū fieri pōt.

## Capitulum tertium

de diſſolutione amicitie. ꝛ qualiter homo ſe debet habere ad eum qui prefuit amicꝰ poſt diſſolutionem amicitie.

Habet autē dubitationem: ꝛ de eo qđ eſt diſſolui amicitias vel non ad non permanentes. vel ad eos quidē qui ppter vtile vel ppter delectabile amici exiſtunt cum non adhuc h habeant ꝛ nihil inconueniens diſſoluitur. Illorum enim erant amici quibus deficientibus rationabile nō amare. Accuſabit autē vtiq aliquis ſi ppter vtile vl' ppter delectabile amans ſimulꝙ ppter morē. Quod enim in pncipio diximus plures differentie fiant amicis: cū non ſimilr exiſtimant ꝛ ſic amici. Cum quis igitur decipiatur ꝛ ſuſpicetur amari ppter morē: nihil illo tale operante: ſe ipm cauſetur vtiq. cum autē ab iſtius ſimulatione decipiatur iuſtū accuſare decipientem: ꝛ magis ꝙ̃ eos qui nūmiſma violant quanto alterius malignitas circa honorabiliꝰ mala opaꝰ.

Iſtud eſt 3m capꝰ in quo determinatur de diſſolutione amicitie. ꝛ continet duas partes pncipales. In pma mouet ꝛ ſoluit hanc dubitationem. vtrum in amicitijs ppter vtile et delectabile ad non pmanentes ſit amicitia diſſoluenda: ꝛ qualiter in huiuſmodi amicitijs fiunt accuſationes. In ſecunda parte ibi (Si autem acceptet ſoluit dubitationē de diſſolutione amicitie que eſt ppter virtutem. pma pars continet duas particulas. In pma mouet ꝛ ſoluit dubitationem. vtrum in amicitia vtilis et delectabilis ſit amicitia aliqua cauſa diſſoluendа. In ſecunda particula ibi. (Accuſabit autē) oſtenditur qualiter in amicitijs ppter vtile et delectabile fiunt accuſatiōes ꝛ querele. In pma

particula mouet ⁊ ſoluit illam dubitationem.
vtrum ad non permanētes amicitia ſit aliqua
cauſa diſſoluenda (Uel ad eos) hec dubitatio
ſoluitur. ꝑmo quantū ad amicitiam vtilem ⁊
delectabilem. et eſt hec ſolutio. ꝙ huiuſmōi ami-
citie ſunt diſſoluēde ceſſante cauſa amicitie. ſ.
ceſſante vtilitate ⁊ delectatōne. ⁊ poteſt hic po-
ni quarta ꝯcluſio. ſ. ꝙ quandoqꝫ eſt amicitia ꝓ-
pter vtile ⁊ delectabile diſſoluenda que ꝓbatꝰ
ſic. Ceſſante cauſa amicitie eſt amicitia diſſol-
uenda: ſed quādoqꝫ ceſſat cauſa amicitie prop-
ter vtile ⁊ delectabile. quia quandoqꝫ qui ꝑus
delectabilis ⁊ vtilis fuit non permanet vtilis
aut delectabilis. ergo ⁊c. Maior patz. quia ceſ-
ſante illo quod amatur diſſoluitur amicitia: ſꝫ
ī amicitia vtili ⁊ delectabili vtilitas ⁊ delecta-
tio que ſunt cauſe huiuſmodi amicitie amabā-
tur per ſe. ⁊ ipſe homo qui erat vtilis ⁊ delecta-
bilis non amabatur niſi per accidens (Accuſa-
bat autē) hec eſt ſecunda particula in qua oſt-
ditur qualiter circa huiuſmodi amicitias pro-
pter vtile ⁊ delectabile fiunt accuſationes. et ꝗ
ſunt ratōabiliter accuſandi. ⁊ dicit ꝙ circa hu-
iuſmodi amicitias oriunt accuſationes. cū. n.
aliquis amatur ꝓpter vtilitatem aut delecta-
tionem. ⁊ ſimulat ſe amare ꝓpter virtutē mo-
ralem: ille qui ſic ſimulat iuſte eſt accuſandus.
plures enim ſunt ſpecies amicitie: vt dictum ē
prius. vnde poteſt contingere ꝙ aliqui propter
aliquid ſint amici ſm vnam ſpeciē amicitie: ⁊
eſtimantur eſſe amici ſm aliam ſpeciē. poſſibi-
le enim eſt ꝙ aliquis ſit amicus ꝓpter vtilitatē
⁊ eſtimet ſe amatum ⁊ amari ꝓpter virtutem. ⁊
ī hoc caſu ille qui ſe exiſtimat amari ꝓpter vir-
tutem aut decipitur ex ſeipſo: ita ꝙ ille qui eū
amat nihil operetur ad huiuſmodi deceptionē
aut decipitur per ſimulationem alterius ſimu-
lantis ſe amare ipſum ꝓpter virtutem. Si deci-
piatur a ſeipſo tunc ille deceptus eſt accuſandꝰ
quia decipit ſeipſum: ſed ſi decipiatur per alte-
rius ſimulationem iuſtum eſt ꝙ ille ſimulans
⁊ decipiens accuſetur ⁊ magis debꝫ accuſari ꝗ̄
ille qui violat nūmiſmata inquantū facit de-
ceptionem circa honorabilius. virtus enī me-
lior eſt ꝗ̄ pecunia vel moneta.

**Si autem accipiet ut**
bonum: fiat autem malum vt videatur vtrū
amandū vel non poſſibile. ſiquidem non omne
amabile ad bonum. neqꝫ oportet amatorē. ma-
li enim non oportet eſſe. neqꝫ aſſimilari prauo.
dictum eſt autem: quoniā ſimile ſimili amicū
vtrum igitur confeſtim diſſoluendum vel non
omnibus: ſed inſanabilem ꝓpter maliciā. Di-
rectionem autem habentibus magis adiuuan-
dum ad morem ꝗ̄ ſubſtantiā: quanto melius
⁊ amicitie proprium magis. Uidebitur autem
vtriqꝫ diſſoluens nihil incōueniens facere. Nō
enim huic vel tali amicus erat. Alteratum igi-
tur impotem reſaluare recedit. ſi autē hic qui-
dem permaneat. Hic autem epyikes magis fi-
at: ⁊ multum differat virtute. vtrum vtendū
amico vel non contingit. In magna autem di-
ſtantia maxime manifeſtū fit. puta in his que
ex puericia amicitijs. Si enim hic quidem per-
maneat puer ſm mentem. Hic autem vbi ſit ꝗ̄-
lis optimus: qualiter vtiqꝫ erunt amici. nꝫ pla-
centes eiſdem neqꝫ gaudentes ⁊ triſtati. Neqꝫ
enim circa adinuicē hic exiſtunt ipſis. ſine his
autem non erat amicos eſſe. cōmune enim non
poſſibile. dictum eſt autem de his. vtrum nihil
igr̄ alicꝰ ad ipſum habendū ꝗ̄ ſi non factus eēt
amicus nunquā. ſi autem memoriā habere fa-
cte conſuetudinis: ⁊ quēadmodum amicis ma-
gis ꝗ̄ extranei exiſtimamus oportere largiri:
ſic ⁊ factis attribuendum aliquid propter ante
factam amicitiam: cū non ꝓpter ſuperabundā-
tiam malicie diſſolutio fiat.

Hec eſt ſecūda pars principalis, in qua ſol-
uit dubitationem de diſſolutione amici-
tie quantum ad amicitiam que eſt ſecūdum v-
tutem. ⁊ continet quatuor particulas ſm ꝙ ꝗ̄-
tuor dubitationes mouet ⁊ ſoluit. Prima dubi-
tatio eſt: ſi ſit inter aliquos amicitia propter vir-
tutem ⁊ vnus illorum permaneat in virtute: ⁊
alter fiat malus. vtrum debeat amicitia inter
eos permanere vel diſſolui. hoc eſt vtrum per-
manens in virtute debeat adhuc amare alterū
qui factus eſt malus vel non. Iſta dubitatio
ſoluitur ꝙ in hoc caſu eſt amicitia diſſoluenda
ille enim qui factus eſt malus: non debet ama-
ri a permanente in virtute. ⁊ poteſt hic poni cō-
cluſio quinta ſub hac forma poſtquā amicus
factus fuerit malus non eſt amandus a perma-
nente in virtute. ꝓbatur dupliciter. primo ſic.
nullus eſt amandus ꝓpter virtutem niſi bonꝰ.
ſed qui factus eſt malus: non eſt bonus. igitur
non eſt amandus a permanente in virtute. 2°
probatur ſic. amicitia propter virtutē non eſt
niſi inter ſimiles: ſed permanens in virtute nō
aſſimilatur prauo. igitur non debet amare pra-
uum. (Utrum igitur confeſtiꝫ) hec eſt ſcōa ꝑ-
ticula. in qua mouet ⁊ ſoluit ſcōam dubitationē
que eſt iſta. vtrum inter permanentē in virtu-
te ⁊ alterum qui factus eſt malus ſit ſtatim ami-
citia diſſoluenda. Iſta dubitatio ſoluitur ꝙ il-
lud non eſt in omnibus faciendum vt ſtatim
amicitia diſſoluatur: ſed ſolum ad illos qui ꝓ-
pter magnitudinem malicie ſunt inſanabiles.
hoc ē ꝗ non poſſunt de facili reduci ad ſtatū v-
tutis. ſi autē ille ꝗ factꝰ eſt malus ſuſcipiat di-
rectionem: ita ꝙ de facili poterit reduci ad vir-
tutem magis eſt adiuuandus ad hoc ꝙ redu-
catur ad virtutem ꝗ̄ ad recuperandū ſubſtā-
tiam amiſſam inquantum virtus eſt melior ꝗ̄
pecunia ⁊ magis ꝓpria amicitie. (Uidebitur
autem vtriqꝫ) cum autem aliquis diſſoluit ami-
citiam ad illū qui factus eſt malus. non vide-
tur aliquod incōueniens facere quia non fuit
amicus iſti homini vel illi: ſed virtuoſo. ⁊ ideo
ſi alter fiat malus ⁊ remanens virtuoſus non
poterit ipſum reducere ad virtutem recedere
debet ab amicitia talis ⁊ amicitiā omnino diſ-
ſoluere. (Si autem hic quidem permanet) hec
ē tertia particula. in qua ponitur ⁊ ſoluitur ter-
tia dubitatio que talis ē. Si vnus amicorū ꝑ-
manet in priſtino ſtatu: ita ꝙ non tranſmutetur
ad maliciam ⁊ alius fiat magis virtuoſus: ita
ꝙ fiat magna differentia virtutis inter eos eſt
dubitatio. vtrum ille qui ſic ꝑficit ī virtute de-
beat vti eo qui non ꝑficit tanquā amico (Uel
non contingit) hec dubitatiō ſoluitur ſic ꝙ non
eſt poſſibile ꝙ ꝑficiens conſeruet amicitiā ad
non proficientem. ⁊ hoc maxime apparet ī ma-
gna diſtantia: vt in amicitijs que ſunt ex pueri-
tia. cū enim aliqui ſunt amici in pueritia ⁊ vnꝰ
permanet puer ſm mentē ⁊ alius fiat optimꝰ
vir non poterunt remanere amici. ⁊ poteſt hic
poni concluſio. 6. ⁊ eſt ꝙ ſi vnus amicorum in
pueritia remaneat puer ſm mentem: ⁊ alius ꝓ-
ficiat in virtute: ita ꝙ fiat vir optimus non po-
terunt remanere amici. hec ꝯcluſio ꝓbatur ſic.
Qui non poſſunt delectabiliter ad inuicem cō-
uiuere: non poſſunt remanere amici. ſed rema-
nens puer ſcōm mentem ⁊ vir optimus nō poſ-
ſunt delectabiliter ad inuicem conuiuere. igr̄
non poterunt remanere amici. Maior patz. qꝛ
hoc eſt maxime ꝓprium amicorum ad inuicē
conuiuere. ⁊ minor declaratur ꝑ hoc ꝙ manēs
puer ſm mentem ⁊ vir virtuoſiſſimus non cō-
placent in eiſdē: nec de eiſdē gaudent nec tri-
ſtantur ⁊ ſine his non poteſt conſeruari: quod
eſt maxime ꝓprium amicitie. ſ. conuiuere. Cre-
do tamen ſicut dictū eſt ſupra. 8° huius. ꝙ vtro-
qꝫ remanente virtuoſo remanere poteſt amici-
tia que eſt inter ſuperexcedentem ⁊ ſuperexceſ-
ſum: quātumcunqꝫ vnus excedat alium in vir-
tute dummodo ſit exceſſus finitꝰ. quia adhuc
poteſt ſeruari equalitas ꝓportionis cum poſ-
ſibile ſit ꝙ quantum excellentior excedit minꝰ
virtuoſum in virtute: ꝙ tantum minus virtuo-
ſus plus diligat magis virtuoſum. ⁊ poſſunt ta-
les ad inuicem delectabiliter conuiuere ⁊ com-
placere de eiſdem quantum requiritur ad ami-
citiam que eſt inter ſuperexcedentem ⁊ ſuper-
exceſſum. (Utrum igitur nihil) hec eſt quar-
ta particula in qua ponitur ⁊ ſoluitur quarta
dubitatio: que talis eſt. qualiter homo debet
ſe habere preter diſſolutionem amicitie ad eū
qui prefuit amicus: nunquid debet habere fa-
miliarius ad illum ꝗ̄ ad eum qui nunquā pre-
fuit amicus. (Uel oportet) hec dubitatio ſic
ſoluitur. ꝙ ſi nō fiat diſſolō amicitie ꝓpter ſup-
abundantiam malicie. tunc debet homo habe-
re memoriam amicitie preterite. ⁊ ſicut eſtima-
mus ꝙ oportet magis largiri amicis ꝗ̄ extra-
neis ſic attribuendum eſt aliquid illis qui pre-
fuerunt amici ꝓpter preteritam amicitiam. et
hoc eſt in omnibus obſeruandum preterꝗ̄ in
vno caſu in quo facta eſt diſſolutio amicitie ꝓꝑ
abundantiā malicie.

## Capitulū quartum

de operationibus amicitie in generali
oſtendendo que ⁊ quot ſunt opera amicitie: et
qualiter ſe homines habent ad illa. primo ꝙ ve-
ra amicitia cognoſcit ex his: que epyiches vlt.
⁊ operatur ad ſeipſum cū ſtudioſus ſit vniuſcuiuſ-
qꝫ menſura. ⁊ tunc eſt amicitia quando ſtudio-
ſus ſic ſe habet ad amicum vt ad ſeipſum cū
amicus ſit alius ipſe: ⁊ ꝙ ſingula amicabilia. i.
opera amicitie exiſtunt epyichi ad ſeipſū: ⁊ ꝙ
amicitia eſt ad ſeipſum cum irrationale ratio-
nali concordat ⁊ ꝙ amicitia ad alterum eſt ſu-
perabundans cum ſit ſicut illa que eſt ad ſeipſā
⁊ ꝙ prauis non ineſt amicitia ad ſeipſos ꝓpter
irrationale eorum: ⁊ rationale contendere. ne-
pharijs vero non ineſt ꝓpter ſeipſos odire ⁊ fu-
gere: ⁊ ꝓpter nihil amicabile ad ſeipſos pati: ac
per hoc neqꝫ ad alios.

**Amicabilia aūt** quia ad al-
cos ⁊ quib
amicitie determinantur. videntur ex
his que ad ſeipſum veniſſe. ponunt enim ami-
cum volentem ⁊ operantem bona: vel apparen-
tia illius gratia vel volentem eē: ⁊ viuere ami-
cum ipſius gratia. Quod matres ad filios paſ-
ſe ſunt ⁊ amicorum offenſi. hi autem conueniē-
tem ⁊ eadem eligentem vel condolentem ⁊ con-
gaudentem amico. maxime autem ⁊ hꝰ circa vi-
res accuſat. horum autem aliquo ⁊ amicitiam
determinant. Ad ſeipſum autem horum vnun-
quodqꝫ epyichi exiſtit. reliquis autem ſecūdū
ꝙ tales exiſtimant eſſe. videtur enim quemad-
modum dictum eſt menſura vniuſcuiuſqꝫ vir-
tus ⁊ ſtudioſus eſſe. Iſte enim conſentit ſibi ipſi
⁊ eadem appetit ſm omnē animā. ⁊ vult vtiqꝫ
ſibi ipſi bona ⁊ apparentia ⁊ operatur. boni enī
bonum elaborare ⁊ ſui ipſius gratia. intellectiui
enim gratia ꝙ vnuſquiſqꝫ eſſe videtur. Et viue-
re ante vult ſeipſū ⁊ ſaluari. ⁊ maxime hꝰ quo
ſapit. bonum enim ſtudioſo eſſe. vnuſquiſqꝫ au-
tem ſibi ipſi vult bona. Factus autem aliꝰ nul-
lus eligeret omnia hr̄e illud quod factum. ha-
bet enim ⁊ nunc deus bonum: ſed ens quidem
aliquādo eſt. videbitur autē vtiqꝫ eligēſ vnꝰ-
quiſqꝫ eſſe vel maxime. Sed conuiuere talis ſi-
bi ipſi vult. delectabiliter enim ipſum facit. ſe-
paratorum enim ⁊ delectabiles memorie ⁊ fu-
turorum ſpecies bone. tales autē ⁊ delectabi-

ſes. theorimatibus autem abundant mēte. Cōdoletq; ⁊ delectatur maxime ſibi ipſi. omni enī eſt idem ⁊ triſte ⁊ delectabile. ⁊ non aliud alij. Impenitibilis enim vt dicerē. In exiſtere itaq; que ad ſeipſum. Horum epyichi ad amicus autem habere quemadmodum ad ſeipſum. eſt. n. amicus alius ipſe: ⁊ amicitia horum eſſe aliqd videt̄ ⁊ amici quibus h̄ exiſtunt.

Iſtud eſt quartum capitulum in quo philoſophus determīat de operibus amicitie in generali oſtendendo que ⁊ quot ſunt. ⁊ continet tres partes ꝑncipales. in ꝑma ꝑponit quē ſunt opera amicitie ⁊ eorum originem. in ſecunda ibi (Ad ſeipſuz autem) oſtendit quomodo ſe habent boni ad opera amicitie. in tertia ibi (Videtur autez dicta) oſtendit qualiter praui ſe habent ad predicta. Prima pars continet. 2. particulas. in ꝑma ponit originez operuz amicitie. in ſcda ibi (Ponunt eni) oſtēdit q̄ ⁊ q̄t ſūt opa aicitie. in ꝑma igr̄ pticla ꝑpōit originē oꝑ aicitie. d. ꝙ amicabilia. i. opera amicitie qbus aliquis vtitur ad amicum videntur pceſſiſſe ex his que ſunt hominis ad ſeipſuz. tunc enim videtur homo amicus alteri ſi eadez agit ad amicuz: que ageret ad ſeipſum. ⁊ ſic opera amicitie que ſunt ad alteruz menſurantur ⁊ originē habent ex opibus amicitie hominis ad ſeipſum. Intelligendum eſt ꝙ amicabilia ad alterū mēſurantur ex amicabilibus hominis ad ſeipſuz non cuiuſcunq; hominis: ſed hominiſ virtuoſi. tunc enim videtur vnuſquiſq; eſſe amicus alteri quādo agit eadem illi: que homo virtuoſuſ ageret ad ſeipſum. quidam enim homines interficiunt ſeipſos: ⁊ per comparationez talis hominis ad ſeipſuz non debet dici aliquis amic⁹ alterius. qui enim interficit aliquē non vtitur ad ipſuz opera amicitie. (Ponunt eniz) hec ē ſecunda particula. in qua oſtendit que et quot ſunt opera amicitie. ⁊ continet tres partes ſcdʒ ꝙ tres ſunt operatōnes amicitie. in ꝑma ponit primum opus amicitie quod eſt beneficentia. in ſecunda ibi (Vel volentem) ponit ſcdm op⁹ quod eſt beniuolentia. in tertia parte ibi (Hi autem conuiuentem) ponit tertium opus amicitie: quod eſt cōcordia. In ꝑma igitur parte ponit ꝑmum opus amicitie: quod eſt benefacere amico dicens ꝙ homines ponunt amicum voluntarie facientem bona vel apparentia bona ad amicuz gratia ipſius amici. Notandum ē hic ꝙ philoſophus ponit tria requiſita ad op⁹ amicitie quod eſt beneficentia. quia vnum ſine alijs duobus: nec duo ſine 3° ſufficiunt ad op⁹ amicitie. ſi enim aliquis inuoluntarie operet̄ bona vel apparentia ⁊c̄. non eſt opus amicitie. ſi etiam velit opera bona ⁊ negligat complere nō eſt opus amicitie quod eſt beneficentia. ⁊ dicit illius gratia. quia ſi aliquis voluntarie exhibet bona vel que exiſtimet eſſe bona: ⁊ non intendit bonum illius cui exhibet. ſed bonuz ſui ipſiuſ. non eſt opus amicitie. ideo hec tria requiruntur ad beneficentiaz que eſt opus amicitie. ſ. velle bona vel apparentia bona: ⁊ non ſoluz velle: ſed etiam facere. ⁊ 3° requiritur ꝙ velit ⁊ faciat amici gratia. Scienduz ꝙ dicit bona vt̄ apparētia: quia quandoq; aliquis ex amicitia exhibet alteri que exiſtimet eſſe bona. ⁊ ſi illa i veritate non ſint bona: nihil tn̄ minuſ eſt opus amicitie. (Vel volentem eſſe) hec eſt ſecunda pars huius particule. in qua pōitur opus amicitie. 2⁹ qd̄ eſt beniuolentia. eſt enim ſcdʒ opus amicitie velle bonum amico ſui gratia. vnde ſecundum opus amicitie eſt velle amicum eſſe ⁊ viuere gratia ſui: non ꝑpter ipſum: vt. ſ. ab eo recipiat aliquod bonuz: ⁊ hoc patiuntur mr̄es ad filios: quia volunt eos eſſe ⁊ viuere: ⁊ etiam hoc volunt amici offenſi ſuis amicis. ſ. eſſe ⁊ cōtiuu ere quāuis ꝑpter offenſam non velint cuz eis conuiuere. (Hi autem conuiuentem) hec eſt tertia pars huius particule. in qua ponitur 3⁹ opus amicitie quod ē ꝯcordia: ⁊ ē ꝯcordia ſiſ conuiuere ⁊ eadem eligere ⁊ de eiſdem condolere ⁊ gaudere. hec autem accidunt circa matres reſpectu filioruz. Notanduz eſt hic ꝙ concordia que eſt opus amicitie attenditur quantuz ad tria. Primum eſt quantuz ad exteriorez cōuictum ſcdm eſt quantuz ad electōnez. ⁊ tertiū eſt quantum ad paſſiones: ad quas omnes ſeqtur gaudiuz ⁊ triſticia. vnde dicit ꝙ quidaz determinant amicos qui conuiuunt ad inuicem quantum ad ꝑmum: ⁊ qui eadem eligunt quātum ad ſecundum: ⁊ qui de eiſdem condolent ⁊ congaudent quantum ad tertium. vnde i his videtur concordia cōſiſtere in conuiuere in eadem eligere ⁊ de eiſdem ꝯdolere ⁊ gaudere. (Horum autez aliquo) epylogat dicens ꝙ per aliquod dictorum determinatur amicitia. eſtimant eniz homines inter illos amicitiam eſſe. in quibus ſi hec aliquod iſtoꝝ inuenit̄.

## Ad ſeipſuz autez vtrū

eſt vel non eſt amicitia relinquatur in preſenti videbitur autem vtiq; ſic eſſe amicitia ſm ꝙ ē duo vel plura. aut ⁊ ex dictis: ⁊ quoniaz ſuperabundantia amicitie ei que ad ſeipſuz aſſimilat̄.

Hec eſt ſecunda parſ principalis huius capituli. in qua oſtenditur qualiter homo virtuoſus ſe habet ad predictas operationes amicitie. ⁊ continet duas particulas. in prima oſtenditur: qualiter virtuoſus ſe habet ad hec opera reſpetu ſuiipius. in ſecunda ibi. (Ad amicum autem) oſtenditur qualiter virtuoſuſ ſe habet ad hec opera reſpectu alterius. primo igitur narrat ꝙ vnūquodq; predictorum conuenit homini virtuoſo reſpectu ſui ipſius ⁊ reſpectu aliquis qui non ſunt virtuoſi conueniant predicta i quantum ſeipſos eſtimant virtuoſos (Videtur enim) ꝓbat illud 2⁹. ſ. ꝙ vnicuiq; homini competunt opera amicitie reſpectu ſui ipſiuſ ſm ꝙ ſe eſtimat virtuoſum. ⁊ hec eſt concluſio 7. que ꝓbatur ſic. vnicuiq; homini competunt opera amicitie reſpectu illius quod eſt ꝑmum amabile ⁊ menſura amabilitatis in tota ſpecie hominis nec competit alicui reſpectu alicuius niſi ſm ꝙ illud reſpectu cuius eſt opus eſtimatur eſſe menſura vel habere ꝑmam menſuram amabilitatis in ſpecie hominis: ſed virtus ſeu virtuoſus eſt ꝑmum amabile ⁊ menſura amabilitatiſ in tota ſpecie hominis. igitur vnicuiq; homini competunt opera amicitie reſpectu ſui ipſius ſm ꝙ ſe exiſtimat virtuoſuz. Maior pʒ quia in vnoquoq; genere omnia illius generis iudicantur talia ⁊ magis minus talia ꝑ approximationem vel remotionez a primo: qd̄ eſt mēſura in illo genere. ⁊ minor patet. quia homo virtuoſus ex quo eſt perfectiſſimus in tota ſpecie humana conueniens eſt ꝙ ſit menſura in tota ſpecie humana ⁊ ꝙ ſit maxime amabilis. ⁊ per ꝯſequens eſt menſura amabilitatis in tota ſpecie humana. nec competit amabilitaſ alicui homini niſi ſcdm ꝙ eſtimatur virtuoſus. (Iſte enim cōſentit) oſtenſo qualiter opera amicitie competunt alij a virtuoſo reſpectu ſui ipſius. oſtendit ꝙ omnia opera amicitie competunt virtuoſo reſpectu ſui ipſius. ⁊ hec eſt concluſio. 8. que ꝓbatur ſic. Cuicunq; reſpectu cuius competunt beneficia beniuolentia ⁊ concordia eidem reſpectu eiuſdez competunt omnia opera amicitie: ſed homini virtuoſo reſpectu ſuiipſi⁹ competunt beneficia beniuolentia ⁊ cōcordia. igitur homini virtuoſo reſpectu ſuiipſius competunt omnia opera amicitie. maior patet ex ꝑdictis. ⁊ minor declaratur quantum ad quālibet partem ipſius. ⁊ primo declaratur ꝙ homini virtuoſo reſpectu ſuiipſius contingit opus amicitie: qd̄ eſt beniuolentia. ⁊ h̄ ꝓbatur per h̄ ꝙ vnuſquiſq; virtuoſus vult ſibiipſi bona. ⁊ h̄ ſm quālibet partem anime tam ſcdm partem ſenſitiuam q̄ʒ ſm partem intellectiuaz. vnde virtuoſus conſentit ſibiipſi ⁊ eadem appetit ſcdm omnem animam: quia in ipſo nō eſt rebellio nʒ pugna inter partes anime: ⁊ non ſolum vult ſibi bona. imo operatur ſibiipſi bona. Naz vt dictum eſt in 2° huius. virtus perficit habentez ⁊ opus eius bonum reddit: ⁊ ita virtus operat̄ bona ſuiipſius gratia. ⁊ hoc ratione partis itellectiue: que eſt ꝑncipalis in homine. virtuoſus enim laborat ⁊ ſemper ad hoc intendit vt operetur illud quod eſt conueniens ratōni. Notādum eſt ꝙ philoſophus dicit hic ꝙ virtuoſus operatur intellectui gratia: ꝙ vnuſquiſq; eſſe videtur ꝙ hoc non eſt intelligendum ꝙ homo ſit ipſe intellect⁹ ſicut quidam dicunt. quia homo eſt compoſitus ex corpore ⁊ anima intellectiua ⁊ itellectus non eſt compoſitus: ſed debʒ ſic intelligi ꝙ intellectuſ eſt principale ⁊ formale in homine. ⁊ non eſt homo ſed pars hominis (Et viuere autem) virtuoſo etiam reſpectu ſui contingit opus amicitie: qd̄ eſt beniuolētia quia virtuoſus maxime vult ſeipſum viuere ⁊ conſeruari in eſſe: ⁊ maxime quantum ad illaz partem anime cui ineſt ſapientia. vnde vnuſquiſq; vult ſibiipſi bona. ⁊ virtuoſo eſt bonum ſuum eſſe. ſ. ꝙ ſit virtuoſus. vnde virtuoſus vult ſe in eſſe conſeruari eo ꝙ ipſe in ſe eſt. Si enim homo tranſmutaretur in aliud: vt in lapidem vel lignum nullus curaret. an illud in quo tranſmutaretur haberet omnia bona. ⁊ ideo vnuſquiſq; virtuoſus appetit ſibi bona ipſo conſeruato eodem in eſſe. illud autem quod maxime conſeruatur idem in ſuo eſſe. eſt deus glorioſuſ qui non vult ſibi aliquod bonuz quod nunc nō habet. vnuſquiſq; autem ſm intellectum eſt intelligens ⁊ idem manens. ⁊ ideo virtuoſus maxime vult ſe eſſe ⁊ viuere ſm intellectum. quia maxime manet idem ſcdm intellectuz. qui aūt vult ſeipſum eſſe ⁊ viuere ꝑncipaliter: ſm corpus quod eſt tranſmutabile. non vere vult ſeipſum eſſe ⁊ viuere. vnde breuiter quia virtuoſus vult ſeipſum eſſe ⁊ viuere ⁊ maxime ſm intellectum qui idem manet in homine quacūq; tranſmutatione facta in corpore. ideo virtuoſo ineſt beniuolentia reſpectu ſuiipius. (Et cōuiuere talis ſibi vult) 3⁹ etiaz opus amicitie contingit virtuoſo reſpectu ſuiipius qd̄ eſt concordia. reſpectu enim ſuiipius ſibi competit illud quod pertinet ad conuictum. maxime eniz vult ſibiipſi conuiuere. nam delectabiliter cū ſeipſo meditatur quantum ad memoriaz preteritoꝝ quia memoria bonorum que operatus eſt: ē ſibi delectabilis. quantum etiam ad ſpem futurorum delectabiliter ſe habet reſpectu ſuiipi⁹ habet enim ſpem bene operandi in futuro: que eſt ſibi delectabiliſ. quantuz etiam ad cognitionem preſentiū delectabiliter conuiuunt cuz ſe ipſo. naz in preſenti abundat theorematibus ⁊ conſiderationibus ſibi delectabilibus. habʒ etiam virtuoſus concordiam cum ſeipſo quantum ad electōem. quia eadem eligit quantum ad omnem partem anime: cū in ipſo non ſit diſcordia inter partes anime. (Condolet autez) habet etiam virtuoſus concordiam ad ſeipſos ſm paſſiones: quia ipſe maxime condolet ⁊ triſtatur ſibiipſi. quia ſibi toti quantum ad partē ſenſitiuam ⁊ intellectiuam idem delectabile et triſte. quia in virtuoſo pars ſenſitiua eſt ita ſubiecta rationi. ꝙ ſequitur motum rationis. et ſi quādoq; ducatur a paſſionibus partis ſenſitiue poſtea ceſſante paſſione penitet adeo ꝙ videt̄ feciſſe cōtra rōnem. Ex predictis igitur patz ꝙ omnia ꝑdcā opera amicitie cōpetunt virtuoſo

reſpectu ſuiipſiꝰ. (Ad amicū autē) hec eſt ſecunda particula huius partis. in qua oſtendit ꝙ omnia predicta opera amicitie cōpetunt virtuoſo reſpectu alterius. ſ. ſui amici. ⁊ hec eſt concluſio. 9. que ꝓbat̄ ſic. Omnia opera amicitie competunt virtuoſo reſpectu ſuiipſius. vt probatum eſt. ſ3 virtuoſus ſe hab3 ad amicum. ſicut ad ſeipſm: quoniā amicus eſt alius ipſe. ideo q̄cunq; competunt v̄tuoſo reſpectu ſuiipſius: cōpetunt virtuoſo reſpectu amici. igit̄ omnia predicta opera amicitie competunt virtuoſo reſpectu alterius. ſ. amici ſui. (Ad ſeipſm autē) dubitatur. tamē. vtrū3 eſt amicitia hominis ad ſeipſu3: ſed hec dubitatio in preſenti eſt relinquēda tm̄. tamen modo dicat̄. ꝙ amicitia videtur eſſe inter quoſcunq; quibus competunt duo vl' tria ex predictis. ⁊ ſi tamen ad alios habemus amicitiam ſuperabundanter: talis amicitia aſſimilat̄ amicitie quē homo habet ad ſeipſ3. vn̄ cum aliquis vult cōmendare aut magnificare amicitiam ſuam quā habet ad alteru3 conſueuit dicere. diligo eum ſicut meipſm. vnde ſuperabundantia amicitie aſſimilat̄ amicitie que ē hominis ad ſeipſum.

## Videntur autem dicta

⁊ multis exiſtere. q̄uis exiſtentibus prauis. igit̄ ſm̄ ꝙ placent ſibiipſis: et exiſtimant epyicheis eſſe ſic participant ipſis. quia ⁊ valde prauorū ⁊ nephariorum nulli hec exiſtūt. ſed neq; videntur. Fere autem neq; prauis. Differunt autē a ſeipſis ⁊ altera quidem concupiſcunt. alia aūt volunt: puta incōtinentes. eligunt enim ꝓ eis que vident̄ ſibiipſis bona eſſe delectabilia nociua ⁊ etiā. hi autem rurſus ꝓpter timiditatē ⁊ deſideria recedunt ab operari que exiſtimant ipſis optima eſſe. Quibus autē multa ⁊ dura operata ſunt: ⁊ ꝓpter maliciam odiuntur. fugiunt viuere ⁊ interimunt ſeipſos. Querūt itaq; mali cum quibus cōmorent̄. ſeipſos autem fugiunt. recordantur enim multorū ⁊ difficiliū ⁊ talia altera ſperant ſm̄ ſeipſos entes. cum alteris autem entes obliuiſcunt̄. nihilq; amabile habētes: nihil amabiles: patiuntur ad ſeipſos neq; gaudent neq; condolent tales ſibiipſis. cōtendit enim ipſe anima. ⁊ hoc quidē ꝓpter maliciam dolet recedens a quibuſdam. h aūt delectat̄. ⁊ h quidem huc. hec autem illuc trahit. quēadmodum diſcrepantia. Si autē non poſſibile ſimul triſtari ⁊ delectari: ſ3 poſt paruū triſtat̄: quoniā delectatꝰ eſt. ⁊ non vtiq; vellet delectabilia h fieri ipſis. penitudine enī praui replentur. Non itaq; videtur prauos: neq; ad ſeipſm amicabiliter diſpōi: propter nihil habere amabile. Si itaq; ſic habere valde eſt miſeru3 fugiendum maliciā intenſe. ⁊ tentandū epyichi eſſe. ſic enim ⁊ ad ſeipſm amicabil'r vtiq; habebit ⁊ alteri amicis fiet.

Hec eſt tertia pars ꝓncipalis. in qua phūs oſtendit qualiter mali ſe habent ad predicta opera amicitie. ⁊ continet quattuor particulas. in ꝓma particula narrat qualiter prauis conuenire videntur predicta opera amicitie. in ſcda ibi. (Differunt enī) declarat ꝙ ſm̄ veritatem non conueniunt reſpectu ſuiipſorū opera amicitie antedicta. in tertia ibi. (Si autē non eſt poſſibile) remouet quoddam dubium. in quarta particula ibi. (Si vtiq; ſic ſe habere) concludit quandam concluſionem ex predictis. In ꝓma igitur particula narrat dicens ꝙ predicta opera amicitie videntur cōuenire multis exiſtentibus prauis ad ſeipſos: ſed hoc ſolū eſt ſm̄ ꝙ placent ſibiipſis ⁊ exiſtimant ſe virtuoſos: ſed illis qui ſunt valde praui. ideſt nephariis non cōueniunt predicta opera amicitie reſpectu ſui ⁊ fere nullis prauis conueniunt predicta opera amicitie reſpectu ſui. raro enim inueniuntur homines praui qui exiſtiment ſe v̄tuoſos ſuam maliciam non cognoſcētes. (Differunt autem) hec eſt ſecūda particula. in qua declarat ꝙ ſm̄ veritatem prauis non conueniunt reſpectu ſuiipſorum predicta opera amicitie. ⁊ cōtinet tres partes. In prima ꝓbat ꝙ prauis non competit reſpectu ſuiipſorum beneficentia. in ſecunda ibi. (Quibus multa) probatur ꝙ eis reſpectu ſui non competit beniuolentia. in tertia parte ibi. (Queruntq; mali) oſtēditur ꝙ prauis reſpectu ſui non competit opꝰ amicitie: quod eſt concordia. In ꝓma igitur parte declaratur ꝙ homini prauo reſpectu ſuiipſiꝰ non contingit opus amicitie: quod eſt beneficētia. ⁊ hec eſt concluſio. 10. que probatur dupliciter. ꝓmo ſic. Illi qui operatur ſibi nociua non contingit reſpectu ſuiipſius opus amicitie qđ eſt beneficentia: ſed homo prauus operatur ſibi nociua. ergo ⁊c̄. Maior patet. quia per opus beneficentie homo operatur bonum ⁊ non malum illi reſpectu cuius habet opus beneficentie: ⁊ ita qui operatur ſibiipſi malum: ⁊ nociuū non habet reſpectu ſui opus amicitie: quod eſt beneficentia. ⁊ minor patet. quia homo prauꝰ ſequitur delectabile ſecundum ſenſum quod ē multotiens ſibi nociuum dimittendo illud qđ eſt ſibi bonum ſecundū iudicium rationis. vt patet de continuitate. vnde mali vt incōtinentes differunt a ſeipſis. quia alia concupiſcunt ſcdm partem ſenſitiuam ⁊ alia volunt ſecundū rationem. hoc eſt alia concupiſcunt: quia delectabilia ſecūdum ſenſum. ⁊ alia iudicant ſcdm rationem eſſe ſibi bona. (Hi autē rurſus) 2ª ꝓbatur ꝯcluſio ſic. ille qui pretermittit ea operari que ſcdm ratōnem indicat ſibi optima. nō competit reſpectu ſuiipſius opus amicitie qđ eſt bñficentia: ſed homo prauus ꝑtermittit operari ea que ſecundum rationem indicat ſibi optima. ergo ⁊c̄. Maior patet. ⁊ minorem ponit phūs dicens ꝙ aliqui praui ꝓpter timiditatē ⁊ deſideria recedunt ab operari ea que exiſtimant ſibiipſis optima. Sic igitur patet dupliciter: ꝙ praui non habent opus amicitie. ſ. beneficētie ad ſeipſos. vno modo q2 operantur ſibi nociua. alio modo q2 vitant ſibi operari proficua. (Quibus multa) hec eſt ſecūda pars huiꝰ particule. in qua declarat̄ ꝙ prauis nō contingit opus beniuolētie ad ſeipſos: ⁊ h ē ꝯ. 11. q̄ ꝓbat̄ ſic. q n̄ volūt ſibi eē ⁊ viuere n̄ ſſ̄ ſibi beniuoli. ⁊ p ꝯñs eis n̄ ꝯtigit opꝰ beniuolētie ad ſeipſos: ⁊ mali nō volūt ſibiipſ̄ eē ⁊ viuere. igr̄ ⁊c̄. maior ē māifeſta. q2 gcūq; volūt hoꝰ alicui volunt ſibi eē ⁊ viuere. minor ponitur in littera. vnde dicit phs ꝙ prauis multa ⁊ grauia operata ſunt propter malitiā ſuā. vnde in tantū odiuntur ab hominibus ꝙ vita eoꝝ eſt eis tedioſa. fugiunt enī viuere ⁊ interimunt ſeipſos. ⁊ ſic patet ꝙ praui non volunt ſibiipſis eſſe et viuere. (Queruntq; mali) hec eſt tertia pars ſecūde particule. in qua oſtenditur ꝙ opꝰ amicitie qđ eſt concordia nō cōpetit malis cū ſeipſis. ⁊ hec eſt concluſio. 12. que probatur ſic. Qui nec appetūt viuere cū ſeipſis nec gaudēt nec ꝯdolent ſibiipſis non habent opus amicitie qđ eſt concordia cū ſeipſis. hoc p3. q2 penes iſta attenditur concordia ut dictū eſt ſuperiꝰ. ſed mali non appetunt viuere cum ſeipſis nec gaudent nec condolent ſibiipſis. igitur ⁊c̄. minor declaratur. ⁊ primo quantū ad primā eius parte3. ſ. ꝙ mali non appetunt nec poſſunt cū ſeipſis cōuiuere. Nā conuiuendo cum ſeipſis ut cogitando aut conferendo d̄ factis ſuis preteritis recordantur multa mala ⁊ grauia que in preterito cōmiſerunt ⁊ credunt ſe ſimilia in futuru3 facturos qđ eſt eis valde doloroſum. ideo querunt alios cū quibus ꝯmorentur colloquendo ⁊ cooperando ſecūdū exteriora verba ⁊ facta: ⁊ ſic obliuiſcuntur ſuoꝝ malefactorū. vnde cum in ſeipſis nihil habeant qđ ſit dignū amari vel amabile patiuntur ad ſeipſos ⁊ non appetunt viuere cū ſeipſis meditando. et cū ſeipſis conferendo de his que fecerūt (Neq; gaudent) ſecūda etiā pars minoris apparet. ſ. ꝙ mali non habent concordia3 cum ſeipſis: quantū ad paſſiones. q2 neq; gaudent neq; cōdolent ſibiipſis: imo partes anime que in ipſis ſunt in quada3 contentione contra ſeipſos: inquantū pars ſenſitiua in eis repugnat ratiōi. ex vna enī parte dolet ſi recedat a delectatiōibus propter malitiā dñante3 in eis que cauſat hiꝰ triſtitia3 in parte ſenſitiua: ⁊ ex alia parte delectatur ſecūdū rationē que iudicat idē eſſe malū qđ pars ſenſitiua appetit: ⁊ ſic vna pars anime trahit hominē malū ad vna3 parte3. et alia pars trahit ipſum ad parte3 contrariā q̄ſi anima eius in duas partes diſcrepetur ⁊ ꝯtra ſeipſu3 diſcreparet (Si aūt non poſſe) hec eſt tertia particula. in qua remouet quoddā dubium. q2 enī dictū eſt ꝙ homo malus gaudet et triſtatur de eodē. videtur ꝙ in eode3 ſimul inerit gaudiū ⁊ triſtitia de eodē qđ videtur incōueniens: q2 ſic erūt contraria in eode3: qđ ē impoſſibile. Iſtud remouet phs. d. ꝙ prauus nō ſimul delectatur ⁊ triſtatur de eodē: ſed paruū poſt delectationē triſtatur de hoc ipſo quo priꝰ delectatus eſt: nollet enī fuiſſe delectatus. vnde praui replentur pñīa. q2 cum poſt impetu3 malitie vel paſſionis cognoſcunt ſe male egiſſe ceſſante malitia vel paſſione dolent: ⁊ ſic patꝫ ꝙ praui non diſponuntur amicabiliter ad ſeipſos propter hoc ꝙ non habent in ſeipſis aliquid amicitia dignum. (Si vtiq; ſic ſe habere) hec eſt quarta particula tertie partis principalis. in qua concludit quandam concluſionem ex predictis. di. ꝙ ex quo miſerrimu3 eſt homini ſic ſe habere ad ſeipſum. ſicut praui ſe habent ad ſeipſos vehementi ſtudio debemꝰ fugere maliciam ⁊ conari ad hoc ꝙ ſimus virtuoſi. Nam per hunc modum ſe habebit aliqs amicabiliter ad ſeipſum: ⁊ etia3 fiet aliis amicus. ⁊ poteſt h poni concluſio. 13. ⁊ eſt ꝙ malitia eſt intenſe fugienda ⁊ virtus proſequenda: que probatur ſic. Illud eſt intenſe fugiendum quo remoto ⁊ virtute habita homo amicabiliter poteſt ſe habere ad ſeipſum ⁊ ad alterum. ſ. amicum: ſed malitia remota ⁊ virtute habita. poteſt homo amicabiliter ſe habere ad ſeipſu3 ⁊ ad alterum vt ad amicum. igitur ⁊c̄. Maior patet. quia miſeria ⁊ ea que ad miſeriā ducūt ſunt fugienda: ſed miſerrimū eſt ꝙ homo non poſſit ſe amicabiliter habere ad ſeipſum nec ad alterum. ⁊ minor patet ex predictis. Notandum eſt ꝙ quidam ſunt praui propter vehementiam paſſionis ſuperantis rationem: ſicut incontinentes: ⁊ quidā ſunt praui propter malitiam ſuperexcedentem qui fugiunt ſeipſos ⁊ odiunt ⁊ interimunt ſeipſos propter enormitatem ſuoru3 operu3 de quibus valde dolent. ſicut ꝑricide aut alii qui huiuſmōi enormia cōmiſerunt ⁊ in talibus eadem pars anime contrariatur ſibi vno tempore pro alio tempore q2 tempore quo operatur hiꝰ malum gaudet d̄ opere ſuo: ⁊ poſtea triſtatur. Adhuc alii ſunt mali qui gaudēt de malitia ſua non ſolū quādo eam cōmittunt: ſed etia3 poſtea de quibus ſcribitur gaudent cum male fecerint. Aliqua tamen rebellio eſt in huiuſmodi hominibus: q2 ſindereſis remurmurat contra voluntatē. eſt enim ſindereſis vna virtus intellectus: per quā remurmurat intellectus contra voluntatem volentem ⁊ precipientem mala operari: et ita in quolibet homine malo eſt rebellio ⁊ pugna ex parte anime

# Capitulum quintuꝫ

de beniuolentia in ſpeciali. in quo determinatur ꝙ beniuolentia nec ē amicitia nec amatio: ſed eſt principium amicitie. diuturna vero beniuolentia ⁊ conſueta fit amicitia: ⁊ ꝙ non eſt principiuꝫ amicitie que eſt propter delectabile vel vtile: cum in his non ſit beniuolētia: ſed beniuolentia eſt principium amicitie: que eſt propter excellentiam ⁊ virtutē.

## Beniuolentia autem

amicabili quidē aſſimilatur. non tamē eſt amicitia. Fit enī beniuolentia ⁊ ad ignotos ⁊ latens. amicitia autē non: ⁊ prius autē talia dicta ſunt. Sed neqꝫ amatio eſt. Non enim habet diſtenſionē neqꝫ appetitū. amationem aūt hec ſequūtur. ⁊ amatio quidē cū conſuetudine. beniuolentia aūt ⁊ ex repentino queadmodū ⁊ circa agoniſtas accidit. beniuoli enim ipſis fiunt ⁊ cōplacent. cooperabūtur aūt vtiqꝫ nihil. Quod enim diximus repente beniuoli fiunt. ⁊ ſuperficialiter diligunt.

Iſtud eſt caplm 5m. in quo incipit determinare de operibus amicitie in ſpeciali. ⁊ in hoc caplo determinat de primo actu amicitie .ſ. de beniuolentia que eſt actus interior amicitie a quo procedunt opera exteriora amicitie vt beneficentia ⁊ concordia: ⁊ continet tres partes principales. In prima oſtenditur ꝙ beniuolentia non eſt amicitia nec amatio. In ſecunda ibi. (videtur vtiqꝫ) oſtenditur. ꝙ beniuolentia eſt principiū amicitie. In tertia parte ibi (Non eā que propter vtile) oſtendit ꝙ beniuolentia nō eſt principiū cuiuſcūqꝫ amicitie: ſed ſolū amicitie que eſt propter excellentiā aliquā aut virtutē. In prima igitur parte probat phs duas concluſiones. prima eſt. ꝙ beniuolentia non ē amicitia. ⁊ hec eſt concluſio. 14. que probatur dupliciter. primo per hoc ꝙ amicitia ſolū eſt ad homines notos cū quibus homo familiariter cōuerſatus eſt. vt patet in. 8. huius: ſed beniuolētia poteſt fieri ad ignotos. poſſum enim eſſe beniuolus homini quē nunqꝫ vidi. nec vnquā cum eo conuerſatus fui. igitur ⁊c. ſecūdo probatur ſic. beniuolentia poteſt eſſe latens. poſſum enim eē alicui beniuolus cui latet ꝙ ſū ſibi beniuolus: ſed amicitia non poteſt eſſe latens: vt patet ex precedentibus. igitur ⁊c. (Sed neqꝫ amatio) ſecūda concluſio quā probat hic eſt iſta. ꝙ beniuolētia non eſt amatio: ⁊ hec eſt concluſio. 15. q̄ probatur dupliciter. primo ſic. beniuolentia nō habet diſtentionē. i. intenſionē neqꝫ appetitum. i. neqꝫ vehementē impetū: ſed intenſio ⁊ impetus inſunt amatori cum amatio ſit paſſio vel mōs paſſionis habens. igitur beniuolentia non eſt amatio (Et amatio quidem) ſecūdo probat eādem concluſionem ſic. Amatio fit cum cōſuetudine. ſ. paulatim ⁊ ſucceſſiue. quia animus non conſueuit ſtatim vehementer ad aliquid moueri. ſed paulatim producitur de minori ad maius. ⁊ ita amatio creſcit per quandā conſuetudinē: ſed beniuolentia quia importat ſimplicē motū voluntatis pōt repente fieri ſicut accidit videntibus pugnas agoniſtarū qui fiunt beniuoli ad alterū pugnantiū volentes ꝙ vinceret: ſed nullā operam ad hoc darēt. vnde beniuoli repente ⁊ ſuperficialiter diligunt ſecūdum debilem motum voluntatis non prorūpentem in operationem exteriorem. Intelligenda ſunt hic tria. primo ꝙ ſicut amicitia accipitur dupliciter. ſ. pro actu ⁊ pro habitu. ita beniuolentia poteſt accipi dupliciter. ſ. pro actu ⁊ pro habitu. ⁊ philoſophus loquitur hic de beniuolentia que eſt actus ſecundus: ⁊ eſt actus beniuolendi debiliſſimus ⁊ remiſſiſſimus voluntatis: ⁊ ideo fit repente ⁊ non acquiritur paulatim ſeu ſucceſſiue. Sed amatio qui eſt actus voluntatis perfectus. non enim quodcūqꝫ bene velle eſt amare: ſed amare eſt bene velle intenſum. ideo amatio fit paulatim: ſed beniuolentia que eſt actus ſecūdus fit ſubito: ſed beniuolentia que eſt habitus acquiritur paulatim ⁊ ſucceſſiue. Secundo eſt intelligendum. ꝙ beniuolentia que eſt actus ſecundus ⁊ amatio ſeu amare ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime ⁊ non differunt niſi ſicut magis perfectum ⁊ minus perfectum. ſicut albedo intenſior ⁊ albedo remiſſior non differūt niſi ſicut magis perfectum ⁊ minus perfectum ⁊ ideo ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. Tertio eſt intelligendum. ꝙ beniuolentia que ē habitus accipitur dupliciter. vno modo pro habitu imperfecto voluntatis inclinante ſolum ad actum interiorem. ſ. ad bene velle. ⁊ nō ad operationem exteriorem. ſ. ad benefaciendum aut ſuccurendum vel iuuandum: ⁊ ſic eſt ſpecies diſtincta contra habitum amicitie qui inclinat: non ſolum ad actum interiorem: ſed etiam ad opera amicitie exteriora: ⁊ ſic accipitur beniuolentia hic ſecundum ꝙ accipitur pro habitu. Alio modo accipitur beniuolentia cōmuniter pro habitu imperfecto voluntatis diſtincto contra amicitiam. ⁊ ab habitu amicitie: ⁊ ſic eſt genus amicitie ⁊ ſic loquitur philoſophus de beniuolentia in octauo huius. vbi deſcribit amicitiam. d. ꝙ amicitia eſt beniuolentia mutua: ⁊ ſic accipiendo beniuolentia omnis amicitia eſt beniuolentia. ⁊ non econuerſo: ⁊ in hoc ſenſu eſt verum ꝙ beniuolentia non eſt amicitia. quia aliqua beniuolentia non eſt amicitia.

## Videt vtiqꝫ principiū

amicitie eē. queadmodū eius qđ eſt amare ea q̄ paruiſſimi delectatio. Nō enim indelectatus ſpē nullus amat. gaudens autem ſpē nihil magis amat: ſed cū ⁊ abſentē deſideraret: ⁊ preſentiem concupiſcit. Sic vtiqꝫ amicos nō poſſibile eē nō beniuolos factos. beniuolentia nihil magis amant. volunt enī ſolū bona quibus ſunt beniuoli. cooperabuntur aūt vtiqꝫ nihil: neqꝫ turbātur pro ipſis. propter qđ transferens dicet quis vtiqꝫ ipſam ocioſam amicitiā. diuturnam autem ⁊ conſuetudinē aduenientē fieri amicitiā.

Hec eſt ſecunda pars principalis. in qua phs declarat ꝙ beniuolentia eſt principium amicitie. ⁊ qualiter ſe habet ad amicitiā. probatur igitur primo ꝙ beniuolentia eſt principiū amicitie. ⁊ hec eſt cōcluſio. 16. que probatur per quandā ſimilitudinē ſic: ſicut delectatio in aſpectu pulchritudinis alicuius mulieris ſe habet ad amationē illius mulieris. ita beniuolentia ſe habet ad amicitiā ſed delectatio in aſpectu pulchritudinis mulieris eſt principiū amationis que eſt ad illā mulierē. igitur beniuolentia eſt principiū amicitie ſeu amationis. de iſta rōne ponit minor in littera cū ſua declaratione. vnde dicit phs ꝙ delectari in aſpectu alicuius mulieris eſt principiū amationis ſeu amandi eam. nullus enī incipit amare aliquam mulierem. ſ. amore venereo niſi prius fuerit delectatus in eius pulchritudine: nec tamen ſtatim cū delectatur in aſpectu pulchritudinis mulieris amat eam: ſed ſignū cōplete amationis ē quando ſi ſit abſens deſiderat eā quaſi grauiter ferens eius abſentiam ⁊ preſentiam concupiſcens: ⁊ ita eſt de amicitia ⁊ beniuolentia. non enī ē poſſibile aliquos eē amicos niſi prius facti fuerint beniuoli nec tamē propter hoc ſolū ꝙ ſunt beniuoli. poſſunt dici amici. quia ad hoc ꝙ ſint beniuoli nō plus requirit niſi ꝙ velint bona ipſis quibus ſunt beniuoli quamuis nihil pro eis fecerint nec pro eorū malis vel dānis turbarent ⁊ quia ad beniuolentiā nō requiritur operatio exterior amicitie. ideo transferens hoc eſt tranſlatiue loquens poteſt aliquis dicere ꝙ beniuolentia eſt amicitia ocioſa quia nō habet operationē exteriorē amicabilem coniūctā. poteſt etiā transferens dicere beniuolētiā diuturnā ⁊ in conſuetudinem ductam fieri amicitiam. Intelligendū eſt ꝙ loquendo de beniuolentia vt diſtinguitur contra amicitiam ſic de virtute ſermonis nō eſt verū ꝙ beniuolētia ſit amicitia. impoſſibile enī eſt ꝙ vna res ſit alia: vt probat Auicēna. 6. naturaliū. quia ſi vna res fieret alia: ſic itaqꝫ. b. fiet. a. Aut igitur vna res fit alia vtraqꝫ remanente in termino factionis aut altera corrupta ⁊ altera manēte. Si vtraqꝫ manēte in tunc termino factionis vna res nō eſt alia. quia in termino factionis verū eſt ꝙ. b. ⁊ ꝙ. a. non fiunt. tūc. a. nō eſt. b. ⁊ per cōns prius. a. nō fiebat. b. Si aūt in termino factionis vna res maneat ⁊ alia nō maneat. tūc vna res nō eſt facta alia. imo vna eſt corrupta ⁊ alia generata. ⁊ ſic vna res nō eſt facta alia: ſic enī idē eēt corruptū de nouo generatū. Dico igitur vt mihi videtur ꝙ. ex vna re poteſt fieri alia. verbi gratia. ex pane fit ſanguis. ⁊ ex ſanguine fit ſperma: ⁊ ex ſpermate fit homo: ſed panis nō fit ſanguis nec ſperma fit homo: ſed materia que eſt ſub forma panis poſtea fit ſub forma ſanguinis. ⁊ poſtmodum ſub forma ſpermatis. Quandocūqꝫ igitur inuenitur talis modus loquendi. hoc fit hoc. debet ſic intelligi ꝙ ex hoc fit hoc vel ꝙ hoc fit ſub forma huius. vt homo fit albus. i. homo fit ſub forma albedinis: vel ꝙ ex homine fit albū tanqꝫ ex ſubiecto. ⁊ nūqꝫ eſt concedendū de virtute ſermonis ꝙ vna res fiat alia: ſed quotiens intelligere ſic ex vna re fit alia ⁊ hoc vel tanqꝫ ex ſubiecto vel tanqꝫ ex termino a quo factionis. Sic igitur eſt dicendū ꝙ de virtute ſermonis. hec eſt falſa. beniuolentia fit amicitia intellectus tamē philoſophi eſt verus. ſ. ꝙ ex beniuolentia tanqꝫ ex termino a quo fit amicitia tanqꝫ ex imperfecto perfectū. nec eſt huic contrariū qđ dicit phs primo phicorum. dicit enim ꝙ eſt duplex modus loquendi: hoc fit hoc: ⁊ ex hoc fit hoc. concedo enim ꝙ eſt talis duplex modus loquendi: ſed primus modus loquendi nō eſt verus de virtute ſermōis nec per iſtā. homo fit albus: denotatur ꝙ vna res fiat alia.

## Non eam que propter

vtile neqꝫ eam que propter delectabile. non enī beniuolentia in his fit. quia in illa: que eſt vtilis beneficiatis quidē pro quibus paſſus eſt retribuit beniuolentiā iuſta operans. volens autē aliquē bene operari ſpem habens abūdantie per illū nō videtur beniuolus illi eſſe. Sed magis ſibiipſi quēadmodū neqꝫ amicus ſi curet ipſū propter vſum quendā. Totaliter autē beniuolētia propter virtutē ⁊ epyicbiā quandā fit: cum huic bonus quis appareat vel fortis vel aliquid taliū queadmodū ⁊ in agoniſticis diximus.

Hec eſt tertia pars principalis huius capituli in qua phs oſtendit cuius amicitie beniuolentia eſt principium. ⁊ primo oſtendit cuius amicitie non eſt principiū. 2° cuius amicitie eſt principium. probat igitur primo ꝙ beniuolentia non eſt principium amicitie: que eſt propter vtile vel delectabile. ⁊ hec eſt cōcluſio prima. que probatur ſic. Qui eſt beniuolus alicui non ſolū vult bonū ſibiipſi: ſed etiā vult bonū illi propter ſe cui eſt beniuolus: ſed qui amat propter vtile ⁊ delectabile vult ſolum ſibiipſi bonū delectabile vel vtile ex illo quē amat propter vtile vel delectabile etiā quamuis ſit cū dāno illius quē amat propter vtile vel delectabile. igitur beniuolus non eſt beniuolus propter vtile vel delectabile. ⁊ per cōns. beniuolētia nō eſt principiū amicitie que eſt propter vtile vel delectabile. Et confirmatur. nā beniuolentia per diuturnitatē ⁊ crementū peruenire poteſt ad amicitiā cuius eſt principium: ſed per diuturnitatē ⁊ crementū. beniuolētia non perueniat ad amicitiam que eſt

ꝓpter vtile vel delectabile.nā in ꝑdictis amicitiis nō habet beniuolētia locū. (Beneficus quidē) in amicitia tñ vtilis poteſt eſſe beniuolentia in eo qui recipit beneficia.ſi eni qui recipit bñficia ab alio ſit gratus ⁊ velit iuſte opari retribuet ad minus beniuolentiā illi a quo recepit bñficium pro bñficys que recepit.ſi tamē aliquis velit alicui bonū ex eo ꝙ habet vtilitatē ⁊ abundantiā bonoꝝ:nō videtur eē beniuolus ad illum per quē ſperat in bonis abūdare ſed magis videtur eē beniuolus ad ſeipſuz. ſic nō videtur eē amicus alicuius qui propter vtilitatē propriā vel vſum propriū apponit curaz vel diligentiā circa bonū illius:ſed magis videtur eē amicus ſuiipſius:intēdens vti bonis alterius circa que apponit curā. (Totaliter aūt amicitia) viſo cuius amicitie beniuolētia nō eſt principiū:declarat cꝰ amicitie eſt principiū.⁊ oſtendit ꝙ beniuolentia eſt prinꝰ amicitie que eſt ꝓpter bonū honeſtū. ⁊ hec eſt cōcluſio.18.que ꝓbatur dupliciter.ꝑ ex precedētibꝰ 2°.ꝓbatione exemplari.ex precedentibus probatur ſic.beniuolentia eſt prinꝰ amicitie ut ꝓbatū eſt ſ. ⁊ nō eſt principiū amicitie ꝑꝑ vtile vel delectabile ut probatū eſt.igitur eſt principiū amicitie que eſt ꝓpter bonū honeſtū.ut ꝓpter virtutē corporalē:aut epyichiā.i. virtutē aīe:⁊ q̄uis hec ꝯ̄ſequatur ex precedentibꝰ.ꝓbatur tñ probatione exemplari ſic:cū eni videtur alicui de aliquo ꝙ ſit bonus vel fortis vel aliquid hꝰ:ꝑꝑ ꝙ hoīes conſueuerūt laudari fit ei beniuolus ſicut dcm eſt ſ de agōiſtis qbꝰ hoīes efficiuntur beniuoli ꝑꝑ fortitudinē que apparet in eis vel ꝑꝑ aliquid aliud laudabile: ⁊ ſic pꝫ exēplariter ꝙ beniuolentia eſt princiꝰ amicitie propter bonū honeſtū. vt propter virtutem corporis vel anime.

## Capitulum ſextum

de 2°.actu amicitie qui eſt concordia in quo oñduntur.7.ꝑ narrat ꝙ concordia ꝑtinet ad amicitiā.2° ꝙ illa ꝯcordia que pertinet ad amicitiam nō eſt vnitas opinionis.3° ꝙ cōcordia pertinēs ad amicitiā nō eſt circa ſpeculatiua.4° ꝙ concordia de qua h̄ intendit eſt circa operabilia: habentia aliquam magnitudinē que pōt conuenire vtriꝗ cōcordantiū.5° ꝙ ad concordiā requirit̄ cōſenſus in idē ſꝫ numeꝝ. 6° ꝙ cō cordia ⁊ amicitia pollitica videntur eē eadē.7° ꝙ cōcordia ad amicitiā pertinēs inuenit̄ in virtuoſis ⁊ nō in prauis niſi paꝝ ⁊ raro.

## AMicabile autez et

cōcordia videt̄ propter qꝺ nō eſt omodoxia.hec quidē.n.⁊ ignorantibus ad inuicez exiſtet vtiꝗ.neꝗ circa qꝺcūꝗ conſentientes. cōcordare autē puta eos quidē celeſtibuſ.Nō enim amicabile de his cōcordare.

IStud eſt 6ᵘˢ caᵐ.in quo determiātur de cōcordia que eſt vnus actus amicitie oſtēdēdo materiā cōcordie hoc eſt circa que eſt cōcordia:⁊ ſic oſtenditur quid eſt obiectū cōcordie: ⁊ etiā oſtenditur qūo ꝯcordia ſe habet ad amicitiā pollitica ⁊ in quibus ſubiectis hꝰ concordia inuenitur. Iſtud caᵐ cōtinet quattuor partes principales. In prima deteriatur de obiecto cōcordie oñdendo circa que nō eſt concordia. In ſa ibi (Sed ciuitates cōcordare) oſtendit circa que eſt concordia. In tertia ibi (Pollitica autez amicitia) oſtenditur qūo concordia ſe habꝫ ad amicitiā pollitica. In quarta parte ibi (Eſt aūt talis cōcordia) deteriatur de ſubō concordie,oſtendendo in quibus ſubiectis hꝰ concordia inuenitur. In prima igitur particl̄a ꝑ narrando dicit ꝙ cōcordia videtur quoddā amicabile,⁊ ita videtur ad amicitiā pertinere ⁊ ex hoc infert ꝙ cōcordia non eſt omodoxia. qꝺ eſt idē ꝙ veritas opinionis ⁊ hoc probatur ⁊ hec eſt ꝯ̄.19.ſ.ꝙ concordia nō eſt veritas opinionis que ꝓbatur ſic. Illi qui ſe inuicē non cognoſcūt poſſunt eē vnius opinionis:ſed ñ poſſunt eſſe concordes niſi ſe inuicē ñ cognoſcant ſicut non poſſunt eē amici niſi ſe inuicē cognoſcant.igitur concordia non eſt vnitas opiniōis q̄ꝛ vnitas opinionis ponit eſſe in non cognoſcētibus ſe:ſed cōcordia nō. (Neꝗ circa qꝺcūꝗ) nec eſt concordia circa quodcūꝗ in quo homines ſe cognoſcentes conſentiunt. ⁊ hec ē cōcluſio,20.que probatur ſic.homines cognoſcētes ſe conſentientes adinuicē de ſpeculatiuis ut de corpibus celeſtibus nō dicuntur concordes loquendo de concordia que pertinet ad ratione amicitie.nō enim eſt amicabile de his cōcordare.igitur nō circa quodcūꝗ in quo homines ſe cognoſcentes cōſentiunt eſt concordia. q̄ꝛ nō circa mere ſpeculabilia. Notandū eſt ꝙ concordia ſicꝰ amicitia eſt ex electione.ſed iudiciuꝫ ſeu op.de rebus ſpeculabilibus non eſt ex electione nec in poteſtate noſtra.⁊ ideo concordia que ad amicitiā pertinet ñ ē circa mere ſpeculabilia. vnde poſſe eſt aliquos amicos ꝯ̄ria ſētire circa ſpecl̄abilia ⁊ aliq̄s īimicoſ circa eadem ſpecl̄abilia concordare:⁊ in eiſdē conſētire.⁊ patet circa que non eſt concordia que ꝑtinet ad rationem amicitie.⁊ ex his patet quare contrarietas oppinionuꝫ circa ſpecl̄abilia ñ diſſoluit amicitiam:ſed contrarietas oppinionum circa agibilia quandoꝗ diſſoluit amicitiam.huiꝰ cauſa eſt:quia ad amicitiam requiritur concordia circa agibilia. vt circa electiones ⁊ conuictum ⁊ hꝰ.ſed ad amicitiam non requiritur concordia circa ſpeculabilia.

## Sed ciuitates concor

dare aiunt cum de conferentibus conſentiant et eadem eligant ⁊ operentur cōmuniter oppinata circa operabilia itaꝗ concordant. ⁊ hoꝝ circa que ī magnitudine ⁊ contingentia ambobus exiſtere vel omnibus.puta ciuitates cum omnibus videatur principatus eligibiles eſſe vel compugnare lacedemonys. vel principari peccatum quando ⁊ ipſe voluit.omnino autez vterꝗ ſe ipſum velit.quenadmodum qui ī formoſis contendunt. non enim concordare ſibi ipſi vtranꝗ bene velle quodcunꝗ:ſed quod in eadem.puta cum ⁊ plebis ⁊ epyikes optios pricipari.ſic enim omnibus fit quod appetunt.

OStenſo circa que non eſt concordia.ī hac.2.parte huius capituli oſtenditur circa que habet fieri concordia,⁊ primo narrat in generali circa que eſt concordia.2° in ſpeciali.primo oſtendit ꝙ concordia eſt circa opabilia.2° oſtendit in ſpeciali circa que operabilia eſt concordia. primo igitur oſtendit ꝙ concordia eſt circa operabilia ⁊ hec eſt concluſio.21.que probatur ſic.Circa illa eſt concordia circa que ciuitates aut ciues:ſibi inuicem conſentientes dicuntur concordare.ſed ciuitates ſeu ciues dicuntur concordare adinuicem quando conſentiunt circa vtilia ita ꝙ eadem eligunt ⁊ cōmuniter operantur ea que oppinantur eſſe vtilia. igitur concordia eſt circa vtilia opabilia. (Horum autem circa que) oſtendit in ſpeciali circa que operabilia eſt cōcordia ⁊ dicit ꝙ cōcordia non eſt circa quecūꝗ operabilia.ſed circa opabilia habentia aliquam magnitudinem. non enim tollitur concordia amicorum per hoc ꝙ ipſi in minimis diſſentiunt.nec eſt cōcordia circa quecunꝗ operabilia habentia magnitudinem:ſec circa talia que poſſunt conuenire vtriꝗ concordantium: vel omnibus hominibus. aut ciuibus vnius ciuitatis. Si enim aliquis cōſentiat alicui ꝙ habeat quod nullus poteſt habere non multum pertinet ad concordiam. oportet etiam ꝙ illud circa quod eſt concordia ſit vnum ⁊ idem numero quod poteſt conuenire vtriꝗ vel ambobus concordantium .tūc.n. in ciuitatibus dicitur eſſe concordia :quando omnibus ciuibus vnum ⁊ idem numero videtur quod quēlibet eorum tangat:puta ꝙ princeps aſſumatur per electionem:non per ſortez aut ſucceſſionem. Aut cuꝫ videtur athenienſibus:ꝙ ineant ſocietatem cū lacedemonys ad ſimul pugnandum contra hoſtes quando etiam omnibus ciuibus videtur:ꝙ talis ciuis debeat principari:⁊ ipſum volunt principari.tūc illi qui hoc volunt concordant. Non eni dicūtur duo homines concordare: ex eo ꝙ vterꝗ vult ſibi ipſi bonū.ſicꝰ recitat̄ ī fornīſis hoc ē in qbuſdā.poematibus q̄uis videat̄ eē ſilitudo voluntatis ſm proportionem in hoc ꝙ vterꝗ vult ſibi ipſi bonum immo hoc videtur eſſe occaſio cōtētionis ⁊ rixe. ſed ad hoc ꝙ ſit concordia oportet ꝙ conſentiant in eodem ſꝫ numeꝝ ⁊ reſpectu eiuſdem ſꝫ numerum. Si eniꝫ duo conſentiant ꝙ idem numero conferatur eidez numero.tunc inter ſe ſic cōſentiētes ē ꝯcordia

## Pollitica autem amici

cia videtur concordia quēadmodum ⁊ dicitur circa conferentia eniꝫ ⁊ que ad vitā ꝯueniētia.

HEc eſt.3.pars principalis:in qua oſtenditur:quomodo cōcordia ſe habet ad amicitiaꝫ polliticaꝫ:⁊ dicit narrando ꝙ pollitica amicitia ſiue ſit obiectum vnius ciuitatis ſiue inter diuerſas ciuitates. videtur eſſe idem ꝙ concordia. Naꝫ amicitia pollitica ⁊ concordia ſunt circa eadem.ſ.circa vtilia ⁊ conferētia ad vitam humanam.

## Eſt autem talis concor

Iſtud eſt 3ᵐ caᵐ primi tractatus. in quo ponũtur opiones ponẽtiũ delectatiõꝫ vř nõ eẽ bonũ. ⁊ cõtinet. 2. partes ꝑcipales. In prima ponunť ⁊ ẽt deſtruunť rões ponẽtiũ delectatiõꝫ non eẽ boꝰ. In ſa pte ibi (Manifeſtare aũt videť) ponit rões ꝓbantes ꝙ delectatõ non eſt ꝑ ſe boꝰ. prima ps cõtinet. 4. pticulas ſ; numeꝝ. 4. rõnum deſtruẽtiũ delectationẽ eẽ boꝰ. ſa pticula ibi (Dñt ãt) tertia ibi (Perfectũq;) quarta ibi (Ad pferẽtes ãt) In p̃ma igť pticula poniť p̃ma rõ cũ eiꝰ deſtructiõe. Rõ ẽ iſta boꝰ ẽ de gñe qualitatis. Nã ſi q̃rať de aliq̃ quale ẽ. cõuenienter rñdeť ꝙ ẽ bonũ. ſ; delectatio nõ ẽ qualitas. ꝗ delectatio non ẽ aliqđ boꝰ ⁊ videť ꝙ hoc argumẽꝰ ſit boꝰ. q2 arguiť a negatione ſupioris ad negatiõꝫ inferioris. ſi eniꝫ boꝰ contineať ſub qualitate tunc ſequiť. delectatio non ẽ qualitas. igť delectatio non ẽ boꝰ Ad iſtã rõꝫ rñdet phs. d. ꝙ nõ ſequiť delectaº non ẽ qualitas. ꝗ delectatio non ẽ boꝰ. q2 operationes virtutis ſunt bone: ⁊ ẽt felicitas ẽ bona. ⁊ tñ nec opatio virtutiſ nec felicitaſ ẽ qualitas. igť non ſequiť. delectatio nõ ẽ q̃litas. igiť delectatio nõ ẽ boꝰ. ⁊ põt h põi ꝯº 7. ſ. ꝙ ad delectatiõꝫ nõ eẽ q̃litatẽ nõ ſequiť delectationẽ nõ eẽ boꝰ. ꝓbať ꝑ hoc ꝙ ad negatiõꝫ q̃litatis ñ ſequiť negatio boni. qđ pꝫ. q2 opatõeſ vtutũ ⁊ ẽt felicitates ñ ſunt q̃litates. ⁊ tñ ſunt bone. igť ad negatiõꝫ q̃litatis ñ ſequiť negatio bõi.

Hic dubitať q2 videť ꝙ opões virtutũ ſint q̃litates: ⁊ ẽt ꝙ felicitas ſit q̃litas: q2 opatio virtutis vľ ẽ de gñe q̃litatis vľ de gñe actiõis vľ paſſiõis. q2 maꝰ ẽ ꝙ ñ ſunt de aº gñe. ſ; operatio virtutis ñ ẽ de gñe actiõis vľ paſſiõis. q2 opatio vtutis ꝯſiſtit in qete. q2 ñ ẽ ad vlteriorẽ ꝑfectiõꝫ: ſ; oẽ qđ ẽ de gñe actiõis vľ paſſiõiſ ꝯſiſtit in motu ⁊ in fieri. Nã oĩs actio de gñe actiõis ẽ in motu: ⁊ oĩs motꝰ fundať in actõe. vt pꝫ ex. 3º phi. ⁊ ẽt ꝑ auctorẽ. 6. ꝑncipioꝝ. igť opꝰ vtutis ñ ẽ de gñe actiõis vľ paſſiõis. nec ẽ felicitas in gñe actiõis vľ paſſiõiſ. q2 oẽ quod ẽ de gñe actiõis vľ paſſiõis tẽdit ad vlteriorẽ ꝑfectionẽ. ut pꝫ ex 3º phi. ſed felicitas cuꝫ ſit finis vltimus in rebus humanis non tendit ad vlteriorẽ perfectionẽ. igť non ẽ de gñe actõis ľ paſſionis: ſed in gñe q̃litati. Itẽ videť ꝙ h ꝯña ſit bõa. hoc nõ eſt qualitas. ergo hoc ñ eſt bonũ. q2 bonum eſt contentuꝫ ſub qualitate. patet. q2 qualitas eſt ſm̃ quã dicimur quales. ut patet ex predicamentis: ſed a bonitate dicitur aliquid quale. Si enim queratur de aliquo quale eſt. conuenienter reſpondetur ꝙ eſt bonũ. ergo bonuꝫ ſeu bonitas eſt qualitas. Item videť ꝙ delectatio ſit qualitas. q2 delectatio eſt forma abſoluta exiſtens in quiete ⁊ tota ſimul. ut patet ex iſto. lo. ⁊ delectatio non eſt ſubſtantia nec quantitas. igitur delectatio ẽ qualitas. cꝰ contrariũ innuitur in littera. Itẽ a delectatione dicitur aliquis qualis. ut ſi queratur qualĩ eſt iſte. cõuenienter reſpõdetur. ꝙ ẽ delectabiliſ. Ad iſta dubia dicẽdũ diſtiguẽdo qđlꝫ iſtoꝝ

ſigniſicatōnū de quibus dubitatur. Nam hoc nomē operatio virtutis: ⁊ hoc nomen felicitas: ⁊ hoc nomen bonū: ⁊ hoc nomen delectatio: quodlꝫ iſtoꝝ eſt equiuocum. Nam hoc nomen operatio virtutis vno modo ſignificat productiones perfecte operationis virtutis que conſiſtit in quiete ⁊ eſt tota ſimul. alio modo ſignificat perfectam operationē virtutis que conſiſtit in ꝗete. vnde breuiter operatio virtutis eſt duplex: quedam de genere actionis que eſt productio perfecte operationis virtutis. ⁊ quedaꝫ ē operatio virtutis de genere qualitatis que eſt maxima perfectio virtutis. Eodē modo dico ꝙ felicitas vno modo eſt productio finis vltimi humanoꝝ actuum: ⁊ iſta productio eſt de genere actiōis. ⁊ alio modo eſt ipſe finis vltimus: ⁊ ſic eſt de genere qualitatis. Similiter delectatio quedaꝫ ēſt de genere actionis. ut illa que eſt ꝓductio delectationis perfecte que conſiſtit ī ꝑfecta operatione virtutis ⁊ quedam eſt delectatio de genere qualitatis: ut illa que eſt tota ſil' perficiens perfectiſſimaꝫ operationē virtutis

Iſte diſtinctiones patent per cōmentatorē. ſuper tertio phi. qui dicit ꝙ quia motus eſt de genere termini ad quē ideo motus ⁊ terminus motus hñt idē nomen. dicit enim ꝙ ire ad calorē eſt quodāmodo calor. Similiter eſt diſtinguendum de bono ꝙ qōdam eſt bonum naturale. ⁊ qōdam eſt bonum morale. bonuꝫ naturale conuertitur cum ente de quo dicit phus primo huius ꝙ bonum dicitur equaliter enti. Adhuc bonum morale eſt duplex qōdam qō formaliter eſt tale bonum cuiuſmōi ſūt vtutes ⁊ operationes virtutum. ⁊ qōdam eſt bonum ꝑ attributionē ad illud qō per ſe ⁊ formaliter eſt bonū. cuiuſmōi ſūt productiua ⁊ conſeruatiua ⁊ augmētatiua illius qō eſt per ſe ⁊ formaliter bonum. per iſtam dicta pꝫ ad dubia. Ad primū dicendū ꝙ operatio virtutis perfecta ⁊ etiā felicitas que eſt vltimus finis humanoꝝ actuū eſt de genere qualitatis. ut probant rationes. ſed operatio virtut que eſt productiua vltime perfectionis virtutis ⁊ etiam felicitatis non ē qualitas: ⁊ de tali operatione de gñe actionis ⁊ etiam de felicitate que eſt de gñe actionis: loquitur h̄ philoſophus. talis eniꝫ operatio ⁊ talis felicitas nō ſunt qualitates: ⁊ tamen ſūt bone de gñe moris. quia ſunt productiua per ſe ⁊ formaliter moris de gñe bonorum: ⁊ ſic patet ad dubia de operatione virtutis: ⁊ de felicitate. Ad aliud quando dicitur ꝙ bonum eſt de gñe qualitatis. dico. qō eſt per ſe ⁊ formaliter bonum in gñe moris eſt qualitas. ⁊ hoc concludit ratio. Accipiendo tamen bonuꝫ cōmuniter ut eſt conuertibile cum ente ſic non eſt in aliq̄ gñe: ſed tranſcendit omne genus. Dico etiam ꝙ non omne bonum in gñe moris eſt in genere qualitatis. quia illa que ſunt productiua per ſe bonorum in genere moris ſunt bona in gñe moris: ⁊ tamen non ſunt qualitates: ſed ſunt ḋ gñe actionis. Ad illud de delectatione dico ꝙ quedam eſt delectatio de gñe actionis ⁊ illa non eſt qualitas. ⁊ quedam eſt delectatio de genere qualitatis. ⁊ hoc probat ratio. (Dicunt aūt) hec eſt ſcḋa particula. in qua ponitur ſcḋa ratio ⁊ eius deſtructio per quā probant ꝙ delectatio non eſt bona. nec de gñe bonoꝝ. ⁊ eſt ratio talis. omne bonum eſt determinatū. ut dcꝫ eſt in. 7. huius: ſed delectatio non eſt quid ḋterminatū. igiť delectatio non eſt bona. maior pꝫ minor ꝓbatur. qꝛ qō ſuſcipit magis ⁊ minꝰ. nō eſt determinatū. qꝛ non conſiſtit in aliquo vno certo: ſed ḋlectatio ſuſcipit magis ⁊ minus. igiť delectatio non eſt aliquid determinatū. nec ꝑ ꝯñs bonū. (Si quidē igiť) iſtā ratōꝫ deſtruit phs ꝓbans ꝙ non concludit. ⁊ pōt h̄ pōi ꝯºs. .ſ. ꝙ ad delectationē ſuſcipere magis ⁊ minus non ſequitur delectationē non eē bonā aut de genere bonoꝝ. ⁊ hec conꝰ probatur ſic. Scḋꝫ iuſtitiā ⁊ ſm alias virtutes ⁊ ſm operationes virtutū aliquid dicitur ſm magis ⁊ minꝰ: ⁊ tamē iuſtitia ⁊ alie virtutes ⁊ operationes virtutuꝫ ſť bone ⁊ de gñe bonoꝝ. ğ ex h̄ ꝙ aliqd ſuſcip̄ magis ⁊ minus non ſequiť ꝙ non ſit bonū nec de gñe bonoꝝ. igitur ad delectationē ſuſcipere magis ⁊ minus non ſequitur delectationē non eē bonū. ꝙ aūt ſꝫ virtutes ⁊ ſm opera virtutū dicatur aliquid ſm magis ⁊ minus. pꝫ. nā aliquis diciť magis iuſtus ꝙ̄ alius: ⁊ aliquis dť magis tēperatus ꝙ̄ alius: ⁊ aliquis dť magis iuſte agere ꝙ̄ alius: ⁊ ſic dc de alijs. (Si autē delectationibus) confirmatur hec rō ſic. quia aut dñt delectationē ſ ſe ſuſcipere magis ⁊ minus aut dñt ꝙ ſubꝰ cū concreto dť magis ſm delectationē ⁊ minus. qꝛ ut contingit aliquem delectari ſm magis ⁊ ſm minus: ⁊ ſi dicāt iſto zºº: tunc ſequitur ꝙ nec iuſtitia nec virtus nec opatio virtutis erit bona. qꝛ ſm vnūqōqꝫ iſtoꝝ denoīatur ſm magis ⁊ minus tale. Si autē dicant ꝙ delectatio nō eſt bona. qꝛ ſm ſe ſuſcip̄ magis ⁊ minus: iſtud vt dicit phs non eſt veꝝ de oī delectatione. Nā quedā ſūt delectatiōes pure oīo imixte ⁊ talis delectatio ē deteriata ⁊ non ſuſcipit magis ⁊ minus. Alia ē delectatio mixta ⁊ talis delectatio ſuſcipit magis ⁊ minꝰ vſꝫ ad certū teriꝰ: ⁊ nihil ꝓhibꝫ talē ḋlectatōꝫ eē quid teriatū ad certū terminū: ⁊ tñ ſuſcipe magis ⁊ minus ſicut ſanitas exñs deteriata ſuſcip̄ magis ⁊ minus. Nā nō ē eadē ꝯmēſuraᷓ in oībus nec in eodē eſt ſemꝑ eadē cōmēſuraᷓ vñ breuiter non ſequiť delectatio ſuſcipit magis ⁊ minus. igiť non eſt quid deteriatū: ſic nō ſequiť. ſanitas ſuſcipit magis ⁊ minus. ğ ſanitas nō eſt quid ḋterminatū. Notandū ē illud qō h̄ dicit cōmentator. dicit. n. ſic. vnūquodqꝫ qō eſt neqꝫ intenſionē neqꝫ remiſſionē recipit:



ꝑuta fortitudo tēperātia ⁊ vnūquodqꝫ ſciētiarum in his aūt que ſm ipſas dicuntur magis ⁊ minus conſpicitur. h̄ ille. (Perfectūqꝫ per ſe bonū) hec eſt. 3. particula in qua ponitur tertia ratio probans delectationē non eē bonum Poſuerunt eniꝫ aliqui ꝙ delectatio non eſt bona. qꝛ eſt motio vel gñatio quoꝝ neutrum eſt ꝑ ſe bonuꝫ. ⁊ continet hec particula duas partes In prima probat ꝙ delectatio non eſt motio. In ſa ibi (Et generatio qualiter) probat ꝙ delectatio non eſt gñatio. In prima igitur parte dicit. non videtur bene dīce delectationē eē motionē. ⁊ hoc probat. ſ. ꝙ delectatio nō eſt motio ⁊ hec eſt concluſio. 9. que probatur ſic. oīs motio eſt velox vel tarda: ſed delectatio non eſt velox neqꝫ tarda. igitur delectatio non eſt motio. Circa maiorē intelligendū eſt ſm ꝙ tangitur in littera ꝙ velocitas ⁊ tarditas non conueniunt motui abſolute ſm ſeipſum: ſed per reſpectum ad aliud ſicut motio ſeu motus diurnus quo reuoluitur totum celū dicitur velox ꝑ reſpectum ad alios motus. Nam ut pꝫ ex. 6. phi. velox eſt qō in pauco tēpore multū tranſit de ſpatio. tardū aūt qō in multo tēpore parū tranſit de ſpatio: ſed multum ⁊ paucū dicuntur ad aliquid. ut patet ex libro predicamentoꝝ. ⁊ iō dicit phs. ꝙ omni motioni videtur propriū velocitas ⁊ tarditas: ſed non ſm ſeipſum. ſed ad aliquid aliud. Circa minorē eſt intelligendum ſm phm. ꝙ poſſibile eſt ꝙ aliquis velociter ꝑueniat ad delectationē. ita ꝙ ille motus ꝑ quē peruenitur ad delectationē ſit velox. tamē nō dicitur ꝙ aliquis delectetur velociter vel tarde ſicut aliquis dicitur velociter ire aut augeri ꝙ̄uis aliquis poſſit tranſponi in delectatiōꝫ velociter vel tarde. ita ꝙ velociter vel tarde ꝑueniat ad ipſam delectationē. tamē non contigit ꝙ aliquis delectetur velociter vel tarde. qꝛ ipſum delectari non eſt in fieri ſed in facto eſſe

(Et gñatio qualiter) hec eſt ſcḋa pars huius particule. in qua declarat ꝙ delectatio non eſt gñatio ⁊ ponit: ⁊ remouet cauſaꝫ opinionis ponētis ꝙ delectatio eſt gñatio cū dicit. (Opio aūt) probat igitur primo. ꝙ delectatio non eſt gñatio. ⁊ hec eſt ꝯºio. que probatur dupliciter primo ſic. Non quodlꝫ gñatur ex quolibet: ſed determinatū ex determinato ⁊ in illud reſoluitur ex quo generatur: ſed hoc non contingit in delectatione. non eni eſt ex determinato indeterminatū: cū non ſit motus nec ſit ad certum ⁊ determinatū numerū. zº probať ſic. Si delectatio eſt gñatio: triſtitia erit corruptio. ꝯñs ē falſum. qꝛ ſi triſtitia eſſet corruptio quodcūqꝫ triſtaretur illud corrūperetur qō falſum ē. platonici tamē iſtam opinionē ponētes conceſſerūt ꝙ triſtitia eſſet corruptio. dixerunt enim ꝙ triſtitia eſt defectus eius qō ſit ſm naturam. ex ſeꝑatione ei illius qō naturaliter vnitur ſeqť dolor ⁊ triſtitia. ⁊ dñt ꝙ delectatio eſt repletio qꝛ cū apponitur aliquid alicui qō ei contingit ſm naturam: ſequitur delectatio. Sed illud iprobat phs. ſ. delectationē eē repletionē. vnde probat ꝙ delectatio non eſt repletio. ⁊ hec eſt cōcluſio. 11. que probatur ſic. repletio ⁊ ſubtractio ſunt corporales paſſiones. corpus eni per ſe repletur ⁊ euacuatur. ſi igitur delectatio eſſet repletio ſequeretur ꝙ delectatio eēt per ſe ipſius corporis qō falſum eſt. qꝛ delectatio vel eſt per ſe ipſius anime vel cōpoſiti ex corpore ⁊ anima. ſed delectatio non eſt per ſe ipſius corporis preſcindendo animā. ſed repletio ē ipſiꝰ corporis preſcindēdo animaꝫ. igitur delectatō non eſt repletio: ſed eſt quādoqꝫ conſequēs ad repletionē. facta enim repletione aliquis delectetur ſicut facta inciſione aliquis dolet ⁊ triſtatur. (Opinio aūt) cauſa ⁊ origo hiꝰ opinionis que ponit delectationē eē repletionē ⁊ triſtitiam ſubtractionē videtur proceſſiſſe ex delectationibus ⁊ triſtitijs que ſunt circa cibuꝫ. illi enim qui prius fuerunt triſtati propter idigentiam cibi: poſtea delectantur in ipſa repletione: ſed illud nō accidit circa omnes delectationes. Nam quedam delectationes inueniūtur in quibus non eſt repletio alicuius defcūſ. delectationes enim ſpeculatiuē ⁊ delectatōes in conſiderationibus mathematicis non hñt triſtitiam appoſitam quā ponunt conſiſtere in dfcū. ⁊ ita hiꝰ delectationes non ſunt repletiones nec ſunt ad replendū aliquos defectus: ⁊ idē ē de delectationibus quorūdam ſenſuum. ut olphatus auditus ⁊ viſus: ⁊ etiā memorie. hoꝝ eni oīum ſunt delectationes ⁊ non pñt aſſignari cꝰ vel quoꝝ gñones ſint. qm̄ ñ inueniuntur aliqui defcūs precedētes: quoꝝ fiat repleᷓ ꝑ hiꝰ delectatiōes. ⁊ ſic dēm ē ſupiꝰ cꝰ gñatio ē ḋlectatio eꝰ corrupᷓ ē triſtitia. vñ ſi aliq̄ ḋlectaᷓ inueniať abſqꝫ dfectu triſtitie: ſeqť ꝙ ñ oīs ḋlectaᷓ ē repleᷓ ⁊ pōt h̄ poni ſa rō ad ꝓbādū ꝙ delectatio ñ ē vlr repleᷓ qꝛ mlťe ſť ḋlectatōes q̄ ſť abſqꝫ defcū. ut pꝫ ḋ ḋlectatiōe ſpeculatiua. ⁊ ḋ ḋlectatōib' multoꝝ ſnū: ſꝫ nulla repleᷓ ē abſꝫ defcū ꝑcedēte. pōtēt poni rō ad ꝓbādū ꝙ nō oīs ḋlectatio ē gñatio. qꝛ mlťe ſť ḋlectatōes ut ḋlectatiōes ꝑdcē q̄ ñ ſť alicuꝰ vł aliqꝝ gñationes. igť ⁊c̄. (Ad pferētes) hec ē. 4. pticła prime ptis. i q̄ poniť ⁊ ſoluiť. 4. rō deſtruētiū ḋlectatōꝫ eē boꝰ. plonici. n. pferebāt i meꝰ q̄ſdaꝫ ḋlectatiōes ꝓbroſas: ut ḋlectatōes adulteroꝝ ⁊ ebrietatū. ⁊ hiꝰ ⁊ ex h̄ arguebāt ꝙ ḋlectatio vlr ē mala. qꝛ hiꝰ delectatiōes q̄ videť valde vehemētes ſť male ⁊ vituꝑabiles. (Dicet qs) Iſtā rōꝫ ſoluit phs tripłr. ꝑ ſic. ꝙ hiꝰ ḋlectabilia ñ ſť ſimpłr ḋlectabilia. qꝛ ñ ſť ḋlectabilia niſi male diſpoſiti. ⁊ ñ ſeqť ſť delectabilia male diſpoſiti. igť ſť delectabilia ſic ñ ſeqť: apparēt dulcia ł amara egꝛi. igť ſť ve talia. nec ſeqť. iſta ſunt ſana ifirmis. ideo ſunt ſimpłr ſana. nec ſequiť. videntur alba his q patiūť obtaliniā. igť

ſunt alba. vñ breuit̄r ſi ſequitur. ðlectatiões probroſe ſunt delectationes male diſpoſitis. igitur ſunt delectationes ſimpliciter. Intelligendum eſt ꝙ h̄ philoſophus per delectabile ſimpliciter intelligit illud qđ eſt delectabile homini ſecundū rationez. ſed hi⁹ delectabilia turpia non ſunt delectabilia niſi ſecunduz ſenſum. concedendum eſt tam̄ ꝙ hi⁹ turpia ſunt delectabilia ⁊ delectationes horum ſunt delectationes. (Uel ſic vtiqꝫ dr̄e) ſecunda reſpōſio philoſophi eſt ꝙ omnes delectationes ſunt bone ⁊ eligibiles non tamen quibuſcunqꝫ. vnde delectationes libidinoſe bone ſunt ⁊ eligibiles: non tamen quibuſcūqꝫ. ſunt eniz eligibiles beſtijs ⁊ homini coniugato ⁊ non alijs. ⁊ illi vel vxore petente debitū vel ſpecie prolis procreande ad dei ſeruiciuz. alijs autez non coniugatis non ſunt hi⁹ delectationes bone neqꝫ eligēde. vnde breuiter hec eſt ſolutio ſecūda ꝙ hi⁹ delectationes ſunt eligibiles. non tamen ſunt eligibiles quibuſcūqꝫ. ⁊ ponit duo exempla. p̄mum eſt ditari eſt bonuz. non tamen eſt bonuz ꝙ proditor p̄rie dictur. quia per diuitias poſſet magis nocere. ſecundū exempluz eſt. cibus ſanus bonus eſt: non tamen ei qui comedit venenum cibus ſanus non curat nec deſtruit venenum: ſed venenuz deſtruit venenū. leproſus quandoqꝫ curatur per comeſtionē ſerpentis. Licoñ. videtur aliter exponere ſic: ꝙ delectationes ſunt bone. non tamen a quibuſcunqꝫ ſeu qualitercūqꝫ acquiſite. delectationes eni ſunt bone ⁊ eligibiles ſecunduz ſe: non tamen ſunt eligibiles: ut ſunt acquiſite per mala ⁊ opera turpia: ⁊ ſecunduz hoc homo ab his non accipitur pro ſubiectis. ſ. pro hominibus. ſed pro ſubiectis ad que delectationes ſequūtur. ⁊ huic opinioni concordant exempla philoſophi ſecundum ꝙ Licoñ. exponit. dicit enim ſic text⁹. delectationes quedaz eligibiles ſunt. non tam̄ ab his queadmodum ditari a licito conqueſtu eligibile eſt. prodenti aūt. i. ei qui prodit p̄riam non eſt eligibile ditari ex proditione. Sanum eſſe eſt eligibile ex cibis naturalibus. non aūt eſt eligibile ex cibis humanarum carniuz. hec Licoñ. (Uel ſpecie differunt) tertia obuiatio philoſophi ad hanc rationez eſt ꝙ delectationes differunt ſpecie. delectationes enim que cauſantur a bonis alie ſunt ſm ſpeciem a delectationibus que cauſantur a turpibus operibus. Paſſiones enim differunt ſecundū obiecta. ⁊ ſic ille qui non eſt iuſtus non delectatur in operatione propria iuſti. ſicut ille qui nō eſt muſicus non delectatur de operatione muſici ⁊ ſic de alijs delectationibus: ⁊ per hoc poteſt ſolui ratio ꝙ quāuis quedaz delectatiões ſint male ⁊ fugiende: ex hoc non ſequitur ꝙ omnes delectationes ſint male ⁊ fugiende. quia non ē idem iudicium nec eadem ratio de omnib⁹ delectationibus cū delectationes dr̄ant ſpē.

Manifeſtare autez videtur ⁊ amicus alter ens ab adulatore nō exiſtentem bonuz delectatōz vel differentes ſpecie. Hic quidez enim ad bonum colloqui videtur. hic autē delectationē ⁊ h̄ quidem vituperatur. h̄ autem laudatur ⁊ non ad altera colloquentē. Nulluſqꝫ vtiqꝫ eligeret viuere pulmentarijs factis ad vitaz delectatus in quibuſ pueri ut exiſtimant maxime: neqꝫ gaudere faciēs quid turpiſſimoruz nequaquā debens triſtari Et circa multa ſtudiuz faceremus vtiqꝫ: ⁊ ſi nꝫ vnam inferant delectationez. puta videre recordari ſcire virtutes habere. Si autē ex neceſſitate ſequitur his delectationes nihil differt. Eligeremus eniz vtiqꝫ h̄ ⁊ ſi non fieret vtiqꝫ ab his delectatio. Quoniaz quidem igitur neqꝫ ꝑ ſe bonū delectatio: neqꝫ omnis eligibilis manifeſtuz videtur eſſe. ⁊ quoniaz ſint quedaz eligibiles ſecūdum ſeipſas dr̄ntes ſpecie vel a quibus. Que quidem igitur dr̄tur delectatione ⁊ triſtitia ſufficienter dicta ſunt.

Hec eſt ſecūda pars principalis huius capituli. in qua philoſoph⁹ declarat ꝙ delectatio non eſt per ſe bonuz. ⁊ hec eſt cōcluſio .iz. que probatur tripliciter. primo ſic. Aliqua delectatio eſt mala ⁊ vituperanda. ut delectatio que eſt ab adulatore. igitur non eſt de ratione delectationis ꝙ ſit bona. ⁊ per conſequēs delectatio non eſt per ſe bonuz. vnde videt̄ ſic arguere: quedam delectatio eſt mala ⁊ vituperabilis ut delectatio que eſt ab adulatore. ⁊ q̄dam delectatio eſt bona ⁊ laudabilis. ut illa q̄ eſt a collocutione cum amico. vnde amicus colloquitur cum amico propter bonū. ⁊ adulator propter delectationē. ⁊ ita ad altera. hoc eſt ꝑpter altera colloquunt̄. ⁊ ſic alterū eſt delectatio ⁊ alteruz bonuz. ⁊ ſic delectatio non eſt per ſe bonuz. (Nullus vtiqꝫ) ſecundo probatur ꝯ̈ ſic. ſi delectatio eſſz per ſe bona ſemper quocunqꝫ alio poſito vel remoto. delectatio vehemens valde eſſet eligenda: ſed hoc conſequēs eſt falſum. igitur ⁊ antecedens eſt falſum. falſitas conſequentis declaratur dupliciter. p̄mo per hoc ꝙ delectationes puerorum videntur eſſe maxime vehementes. Pueri enim vehemētiſſime delectantur: ⁊ tamen nullus eligeret ꝑ totam vitam ſuam habere mentē pueri: ita ꝙ ſemper delectaretur in quibus pueri delectantur. igitur delectatio valde vehemens non eſt ſemper eligenda a quocunqꝫ alio poſito vel remoto: nullus enim ſemper vellet eſſe puer. ad hoc ꝙ ſemper haberet delectationes pueriles ſecundo probatur falſitas conſequentis ꝑ aliud exemplum: nullus eligeret ſemper gaudere ſeu delectari faciendo turpiſſima per totam vitam: ⁊ ſi nunquam deberet triſtari. igitur delectatio non eſt eligenda quocunqꝫ alio poſito: aut remoto. quia poſito ꝙ operationes



ad quas ſequuntur delectationes ſint turpes non ſunt delectationes cū talibus operationibus eligende. (Et circa multa) 3ᵒ probatur concluſio ſic. Sine illo qđ eſt per ſe bonum nihil eſt eligibile. omne eniz eligibile vel eſt eligibile. quia eſt per ſe bonuz vel propter ſe bonuz ad qđ ordinatur. ſed multa homines proſequūtur et eligunt: ⁊ ſi nulla delectatio ex his ſequatur. igitur delectatio non eſt per ſe bonuz. Maior patet de ſe: ⁊ mior declaratur per exempla. Naz homines deſiderant ⁊ eligunt videre recordari ſcire virtutes habere: ⁊ ſi ex his nulla delectatio ſequeretur. Ex predictis eſt manifeſtuz. ꝙ delectatio non eſt per ſe bonuz. ⁊ non omnis delectatio eſt eligibilis. ⁊ quedaz delectationes ſunt eligende vel eligibiles ⁊ quedā delectationes differunt ⁊ que a quibus differunt ſpecie.

## Capitulum quartuz

in quo incipit inquirere quid ⁊ quale eſt delectatio. ad qđ inueſtigandū dicit eaz eſſe ſicut viſionez perfectaz que eſt tota ſimul nō habens partez ante partez. ⁊ propter hoc delectatio non eſt motus qui eſt in tempore. ⁊ propter aliquez finez. ſ. propter terminuz motus. ⁊ in qualibet parte tēporis eſt motus imperfectus. cuius etiaz quelibet pars dr̄t ſpecie ab altera ⁊ a toto. ⁊ etiaz in toto tempore in quo fit non eſt perfectus niſi forte circularis. delectatōe exiſtente totoruz ⁊ perfectoruz ⁊ in ipſo nūc in quo non eſt motus in quibus manifeſtuz ꝙ delectatio non eſt motus neqꝫ generatio. deinde ꝙ perfecta delectatio eſt cuz virtus apprehenſiua perfecta apprehendit actū propriū apprehenſibile perfectuz. ⁊ perfectiſſima cum virtus perfectiſſima ut intellectiua ſuū apprehenſibile apprehendit perfectiſſimuz. Iterum delectatio perficit operationē: ſed non ſicut ſenſibile ſenſuz. nec perficit operationez ſicut habitus: ſed ut ſuperueniens finis: ut iuuenibus pulchritudo: ſed ſemper eſt in operatione ſenſus vel intellectus non impedita.

Quid autez eſt vel quale. quid manifeſtius fiet vtiqꝫ a p̄ncipio reſumentibus. videtur eniz viſio quidez ſecunduz qđcunqꝫ tempus perfecta eſſe. nō. n. eſt indigens nullo qđ in poſterius factuz perficiat ipſius ſpeciē. Tale autez videtur ⁊ delectatio. totum quidem eniz eſt. ⁊ ſecunduz nullum tempus accipiet aliquis vtiqꝫ delectationem. cuius in plus tempus perfecte perficietur ſpēs

Iſtud eſt 4ᵘ capituluz primi tractatus. in quo incipit inquirere. quid ⁊ quale eſt delectatio. ⁊ continet iſtud capitulū quattuor ꝑtes principales. In prima manifeſtat que eſt menſura in qua fit delectatio. In ſecūda ibi. (Propter qđ neqꝫ motus) concludit ꝙ delectatio nec eſt motus neqꝫ generatio. In tertia ibi. (Senſus autē omnis) oſtendit naturā delectationis. hoc eſt qđ eſt delectatio. In quarta ibi. (vſqꝫ quo autē ſenſibile) determīat de quibuſdaz proprietatibus delectationis. Prima pars eſt narratiua. in qua ph̄s narrat ꝙ ſicut viſio eſt perfecta in quolibet inſtanti tēporis in quo res videtur: ita ꝙ tota viſio perfecta ſecūdum ſe totaz eſt in quolibet inſtanti. ⁊ non eſt vna pars viſionis in vna parte temporis ⁊ alia pars in alia parte tēporis: ſed tota viſio eſt in toto tempore ⁊ in qualibet parte tēporis. eodez modo ē de delectatione. ſ. ꝙ eſt ipſa tota perfecta in q̄libet inſtanti tēporis in quo delectatio habet eē ⁊ non eſt vna pars delectationis in vna parte tēporis: ⁊ alia pars in alia: ſed ipſa tota eſt ī toto tēpore. ⁊ in qualibet parte: ⁊ in quolibet nūc temporis in quo delectatio durat. ⁊ hoc intelligit cuz dicit delectatio eſt queadmoduz totuz ſed ſimpliciter completuz ⁊ perfectuz in primo inſtanti tēporis in quo delectatio habet eſſe. ⁊ ſecunduz nulluz tempuſ accipiet quis vtiqꝫ delectationez eius in plus tempus. i. delectationis perfecte perficietur ſpecies delectatiōis. i. non poteſt accipi aliquod tempus in quo ſit delectatio qđ requirat amplius tempus ad ſpēz delectationis perficiendaz ſicut contingit ī hiſ quoruz generatio eſt in tempore. in illis eſt accipere aliquod tempus generationis qđ requirit maius tēpus ad hoc ꝙ tota generatio perficiatur ⁊ ſpecies generati perficiatur. ut patet ī generatione domus. Ad hoc eniz ꝙ ſpecies domus perficiatur: requiritur plus de tēpore q̄̄ eſt tēpus in quo fit fundamentuz vel paries.

Intelligenda ſunt h̄ duo. primo ꝙ viſio reſpectu eiuſdez obiecti eodē modo diſpoſiti. medio etiā exiſtente eodē modo diſpoſito eſt tota ſimul ⁊ non eſt vna pars ante aliaz: ſed tota viſio per totuz tempus in quo fit viſio manet eadez numero: ⁊ conſeruatur ab obiecto preſente ſicut imago que apparet in ſpeculo quieſcente ſpeculo conſeruatur eadem numero per preſentiam obiecti quieſcentis ⁊ vniformiter ſe habentis in comparatione ad ſpeculū in toto tēpore. Aliqua tamen contingit viſio que non ē tota ſimul ⁊ habet partē ante partem vt ſi res mota corāz oculis videatur partibiliter. ita ꝙ vna pars ante aliam continue videatur illa tota viſio non eſt tota ſimul: ſed vna pars ē ante aliam. ſicut vna pars obiecti continue videtur ante aliam. Scđo eſt intelligendum. ꝙ non omnis delectatio eſt tota ſimul: ſed ſolum illa delectatio eſt tota ſimul que eſt in operatione exiſtente tota ſimul. vnde quia delectatio conſequitur operationē: ⁊ eſt in ipſa ſubiectiue. idō

oportet ꝙ delectatio que eſt in operatione ſucceſſiua habeat vnam partē ante aliaz ſicut operatio quam conſequitur habet vnam partem ante aliam.

**Propter quod neque** motus eſt. in tēpore enim omnis motus ⁊ finis alicuius. puta edificatiua perfecta cuz faciat qđ appetit. vel in omni tēpore vtiqꝫ. vel hoc in partibus autē tēporis omnes imperfecte ⁊ altera ſpecie ⁊ a tota ⁊ ab inuicē. lapidũ enim cōpoſitio altera a colũne virgatione. ⁊ hec a tēplificatione. ⁊ tēpli quidem perfecta. Nullo enim indigens ad propoſitũ fundamenti autē mulei imperfecta. partis enim vtraqꝫ. ſpecie igitur differunt ⁊ non eſt in quocũqꝫ tēpore accipere motum perfectũ ſpecie. ſed ſi quidē in omni. Siꝉr autez ⁊ in ambulatione ⁊ reliquis. Si.n. eſt latio motus vnde quo ⁊ hec differre ſm ſpēs volatus ambulatio ſaltatio ⁊ talia. Non ſolũ autē ſic: ſed in ipſa ambulatione. hoc enim vnde quo non idez in ſtadio ⁊ in parte ⁊ in altera ⁊ in altera parte. neqꝫ pertranſire lineā hanc ⁊ illā non ſolum autē lineam pertranſit: ſed in loco exiſtentē. in altera autē hec ab illa. per certitudinē quidē igitur de motu in alijs dictum eſt. videtur autē non in omni tēpore perfectus eſſe ſed multi imperfecti ⁊ differentes ſpē. ſiquidez qđ vnde quo ſpecificũ. delectatōnis autē in quocunqꝫ tēpore perfecta ſpēs. Manifeſtũ igitur ꝙ ⁊ altere erunt ab inuicē: ⁊ totorum aliquid ⁊ perfectoruz delectatio. videbitur autē vtiqꝫ hoc ⁊ ex contingere moueri non in tēpore delectari autē. Qđ in ipſo nunc totũ aliquid. exhibent autē manifeſtũ. ⁊ quoniam non bene dicũt motum ⁊ generationē eſſe delectationē. Non enim omni hoc dicitur: ſed partibilium ⁊ non totorum. Neqꝫ enim viſionis eſt generatio ſcd̃m puncti: neqꝫ vnitatis: nz horũ nihil motꝰ: nz vtiqꝫ delectationis totum. n. quoddam.

HEc eſt 2a pars principalis huius capituli. in qua phs concludit ex predictis cōcluſionē .9. ⁊ .10. huius libri ſuperius poſitas ⁊ approbatas. ſ. ꝙ delectatio nec eſt motus neqꝫ generatio. ⁊ propter hoc non pono iſtam cōcluſionem in numerum cum alijs a precedētibus diſtinctam. probatur hec concluſio dupliciter primo ſic. omnis motus ⁊ omnis generatio. ſ. ſucceſſiua eſt in tēpore. ⁊ eſt habens finem aliquē. ſ. terminuz vel formaz ad quā ordinatur ſed delectatio non eſt in tempore. igitur delectatio nec eſt motus nec generatio. Minor huius rationis patet ex precedētibus ⁊ circa delectationem maioris multum īſiſtit. nā primo declarat maiorem in motu generationis ⁊ poſtea in alijs motibus in motu generationis declarat declaratiōe exemplari ſic. ars edificatiua perficit opus quod artifex intendit in aliq̊ toto ⁊ determiato tēpore. artifex enim facit domum in aliquo toto tempore et partes domus facit in partibus illius tēporis ⁊ omnes generationes que fiunt in partibus illius temporis ſunt imperfecte. quia ſunt propter vlterioreꝫ perfectioneꝫ: ut propter formaz domus. ⁊ ille generationes particulares differũt ſpecie a tota generatione completa. ⁊ etiā ab inuicē ꝙ verum eſt de generationibus partialibus terminatis ad terminos diuerſos ſecundũ ſpecies. verbi gratia. generatio fundamēti differt ſpecie a generatione parietis ⁊ a generatione tecti. ⁊ quelibet iſtarum generationum differt ſpecie a generatione totius domus. quia termini iſtaruz generationum differunt ſpecie. ⁊ ponit philoſophus exempla in conſtructione templi. in qua apparet ꝙ generatio totius tēpli fit in aliquo tempore. ⁊ generationes partium fiunt in partibus illius temporis ⁊ ſunt imperfecte: ⁊ generationes partium illarũ differunt inter ſe ſpecifice. ⁊ etiaz a generatione totius. exempla patent in textu. Intelligendum eſt. ꝙ partes motus continui aut generationis continue nō differunt inter ſe ſpecifice: nec a toto cuius ſũt partes. quoniam que differunt ſpecie non continuantur ad inuicem. cum non habeant idem vltimuz. ut patet ex quinto phi. motus tamen zephetis. i. compoſitus ex partibus contiguatis ad inuicem. ſimiliter motus habens ſolam vnitatez aggregationis componitur ex partibus differentibus inter ſe ſpecifice. ⁊ etiaz a toto de generatione habente ſolam vnitatem aggregationis. iō hic phus loquit̃. cum dicit. generatio eſt conſtructio vnius domus vel templi: verumtamē non omnes partes talis generationis differunt ſpecie. quia aliqua pars illius totius generationis eſt motus continuus ⁊ partes motus continui non differunt ſpecie. Sed omnes partes ſecũdum ſpēm talis motus aggregati differunt ſpecie: ⁊ voco illas partes partes ſecũdum ſpeciem: que terminantur ad terminos differentes ſecũdum ſpecieꝫ. (Similiter autē ⁊ in ambulatione) declarat maiorē etiaz in motu locali. ⁊ dicit ꝙ illud quod dictũ eſt de generatione. ſ. ꝙ omnis generatio eſt in tempore videtur eſſe verum in ambulatione. ⁊ in omnibus alijs motibus localibus. manifeſtum eniz eſt. ꝙ latio. i. motus localis eſt motus vnde quo. i. a termino ad terminum. ⁊ ſic oportet ꝙ motus diuerſificetur ſpecie ſecũduz diuerſitatem terminoruz. ſunt eniz diuerſe ſpecies motus localis. ut ambulatio volatio ſaltatio. volatio contigit auibus. ambulatio animalibus greſſibilibus. ⁊ ſaltatio competit quibuſdam animalibus: ut locuſtis ⁊ alijs huiuſmodi. huiuſmodi motus differunt ſꝫ diuerſitatē principiorum mouētium. Anime enim q̃ ſunt principia iſtorum motuum differunt ſpē. non enim eſt eadē anima ſcd̃m ſpēm. animalis igitur ſenſibilis ⁊ animalis volatilis nec ſoluꝫ hoc modo diuerſificātur ſpēs motus localis. ſ. ſcd̃m diuerſitatē principiorum mouentium: ſed in vna dictarum ſpērũ ſunt diuerſe ſpecies reperte. in ambulatione eniz ſunt diuerſe ſpēs. Motus enim quo quis ambulat ſtadiuz. ⁊ motus quo quis ambulat partem ſtadij. non ſunt omnino idē. qꝛ termini non ſunt idem omnino: ⁊ eodē modo eſt de motibus in quibus pertranſitur. hec pars ſtadij ⁊ illa vel hec pars linee. ⁊ illa quamuis enim oēs iſte linee recte ſint eiuſdē ſpeciei. tñ quia linea non pertranſitur: niſi ut in loco exiſtens ſi loca ſint diuerſarum ſpecierum. oportꝫ ꝙ motus locales etiaz ſint diuerſarum ſpērum. Sed quia in alijs magis ꝑ certitudinē dictum eſt de motu ſufficiant hec dixiſſe ad preſens. ſ. ꝙ motus non eſt perfectus in omni tempore. ſed multi ſunt motus imperfecti differentes ſpē in diuerſis partibus tēporis ex eo ꝙ vñ ⁊ quo. i. termini motus ſpecificant motum. ⁊ ita motus differunt ſpē ſꝫ diuerſitatē ſpecificam terminorum. ⁊ ita apparet maior. ſ. ꝙ omnis motus ⁊ omnis gñatio eſt in tēpore. ita ꝙ vna pars eſt in vna parte temporis. ⁊ alia pars in alia: ⁊ ſic declarata maiore ſubiungit minoreꝫ. ſ. ꝙ ſpecies delectationis eſt perfecta in quocunqꝫ tempore quia ē tota ſimul ſecundum ſe totam durans per tēpus. Dubitatur hic. quia phs videtur dicere ꝙ motus quo pertranſitur tota linea: ⁊ motus quo pertranſitur pars linee differunt ſpē. ⁊ motus quibus pertranſitur hec pars linee. ⁊ illa differunt ſpecie. ſed illud non videtur eē verum. quia cum infinite ſint partes linee: ſequitur ꝙ infinite eēnt partes illius motus. ſecundum ſpēm differentes per quā tota linea pertranſitur ⁊ eadē ratione omnis motus localis rectus componeretur ex infinitis partibus differentibus ſecũdũ ſpēm. ⁊ per conſequens nullus motus localis rectus foret vnus continuus quoniam motus diuerſi ſm ſpēm non poſſunt continuari adinuicē. vt patet ex. 8. phi. Et iſtō habent concedere illi qui dicunt ꝙ formale in loco eſt reſpectꝰ ad concupiſcens ⁊ ad centrum ⁊ ad polos imobiles. Nam ſecundum ipſos omnia loca inter que poteſt eſſe motus localis rectus differunt quia habent reſpectum ad celum ⁊ ad centruꝫ ⁊ ad polos diuerſos ſecundum ſpēm. Sed ſine dubio illud non eſt verum. quia ſecundum hoc nullus motus localis rectus eēt continuus qđ eſt contra philoſophuꝫ. vnde magis dicerē ꝙ omnia loca ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime accipiendo locum pro vltimo corporis cōtinētis. quia ſic eſt ſuperficies. ⁊ probabile eſt dicere ꝙ omnes ſuperficies ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime. de hoc diffuſius dixi ſuper 4ᵒ phi. Dico igitur ꝙ Ariſto. non intendit hic dicere abſolute ꝙ motus quibus tranſitur linea ⁊ pars linee differunt ſpecie: ſed dicit hic cum conditione ſic. ꝙ ſm vñ quo. hoc eſt a terminis motus quo pertranſitur tota linea differunt ſpecie ab vñ quo: hoc eſt a terminis motus quo pertranſitur pars linee. tunc motus quibus pertranſitur tota linea ⁊ pars linee differunt ſm ſpeciē ⁊ hec conditionalis phi eſt neceſſaria: ſed antecedens eſt impoſſibile. (Videbitur autē vtiqꝫ hic) ſecũdo probatur 2ᵃ phi. ſ. ꝙ delectaᵒ nec eſt motus nec generatio ſic. nihil contingit moueri in non tempore. vt patet ex. 8. phi. ſed ratione delectatio non eſt generatio (Ex his autez manifeſtũ) ex iam dictis concludit principale intentum. ſ. ꝙ delectatio nec eſt motus nec generatio. Nam ratio motus ⁊ generationis non poteſt attribui cuicũqꝫ ſed ſolum diuiſibili ꝙ nō eſt totum ſimul nec habet totum complementum ſuum ſimul nec eſt generatio viſionis: ſiē nec puncti nec vnitatis. hec eni non generātur ſed conſequuntur generationē quorũdam aliorum: nec eſt motus horum. ſ. viſionis ſiē nec puncti nec vnitatis. neqꝫ eſt motus aut gñatio delectationis. quia delectatio eſt quoddaz totum non habens partē ante partē. Dubitatur hic. dicit enim phs. ꝙ motus ⁊ generatio ſũt partibiliũ ⁊ non totorum. iſta enim vidētur repugnare. quia omne partibile habet partes: ⁊ omne habens partes eſt totum. igitur omne particulare eſt quoddā totum. igitur ſi motus ⁊ generatio ſint particulariũ. ſequitur ꝙ ſint totorum. Dicendũ ꝙ aliquid dicitur totũ dupliciter. ſ. aut abſolute. qꝛ habet partes. aut qꝛ habet partes ſimul exiſtentes. ⁊ tale totum vocatur totum totalitate ſiſtatis. Similiter particulare dicitur dupliciter aut abſolute. qꝛ habet partē ⁊ partē: aut quia habet partem ante partem in infinitum. ita ꝙ ſue partes nec ſunt nec eē poſſunt ſimul. ⁊ hec particularitas accipitur. ſm diuiſionē tēporis. vnde tam totum ꝙ̃ particulare accipit̃ dupliciter. ſ. large ⁊ ſtricte. Accipiendo hec duo large: ſic idē ſunt totũ ⁊ particulare. ⁊ ſic vtrũqꝫ idē eſt ꝙ habens partes. Sed ſumendo iſta duo ſtricte. ſic particulare idē eſt ꝙ habens partē ante partē in infinitum. ⁊ hoc totũ idē eſt ꝙ omnes partes ſimꝉ. Dico igitur ꝙ philoſophus in propoſito accipit totum ⁊ particulare ſtricte: ⁊ ſic non ſunt idem ſed magis ſunt oppoſita. nam particulare idē eſt ꝙ habens partē ante partem ſecũdum diuiſionē temporis. ⁊ totum idem ē ꝙ habens partes ſimul. non vnam partem ante aliam. vnde nec delectatio nec viſio eſt partibilis idest habens partem ante partē. ſed vtraqꝫ ē qđdā toꝰ

i. habens omnes partes ſimul.

## Senſus autem omnis

ad ſenſibile operantis perfecte et bene diſpoſiti ad pulcherrimū ſub ſenſu iacentiū. Tali enī maxime eſſe videtur perfecta operatio. Ipſum autē dīe operari vel in quo eſt nihil differat ꝙ vnumquodq; optima eſt operatio optime diſpoſiti ad potētiſſimum eorū que ſub ipſa. hec autē vtiq; perfectiſſima ⁊ delectabiliſſima. ſecundum omnē enim ſenſum eſt delectatio. Similiter autē ⁊ intellectum ⁊ ſpeculationē. Delectabiliſſima autē perfectiſſima. Perfectiſſima autē que non habētis ad ſtudioſiſſimū eorum q̄ ſub ipſa. perficit autē operationē delectatio.

Non ſcdm eundē autē modum ⁊ delectatio pficit ⁊ ſenſibile ⁊ ſenſus ſtudioſa entia. quēadmodum neq; ſanitas ⁊ medicus. ſimiliter cauſa ē eius qd ē ſanari. Secundum vnūquodq; autē ſenſum quoniam fit delectatio. manifeſtū. aimus enim viſiones ⁊ auditiones eē delectabiles. manifeſtum autem ⁊ quoniam maxime. ⁊ ſenſus ſit potentiſſimus ⁊ ad tale operetur. Talibus autē entibus ⁊ ſenſibili ⁊ ſenſato. ſemper erit delectatio exiſtente faciente quidem ⁊ patiente. perficit autē operationē delectatio non habitus qui ineſt: ſed ut ſuperueniens quidam finis velut iuuenibus pulchritudo.

Hec eſt tertia pars principalis hꝰ capituli in qua oſtendit naturā delectationis oſtendendo quid eſt delectatio. ⁊ continet tres particulas. In prima narrando oſtendit que ē operatio perfecta virtutis cognoſcentis ut ſenſus aut intellectus. In ſcda ibi (Hoc aūt vtiq;) oſtendit ꝙ delectatio eſt perfectio opōis. In tertia ibi. (Perficit aūt operationē) oſtendit qualiter delectatio perficit operationē. In prima igit̄ particula narrat ꝙ cuiuſlibet ſenſus eſt operatio alicuius operantis in reſpectu ad ſenſibile qd eſt obiectū illius ſenſus operatio ſenſus eſt ſenſatio proprii obiecti. ⁊ ideo ad hoc ꝙ operatio ſenſus ſit perfecta. requiritur optima diſpoſitō ex parte vtriuſq;. ſ. ſenſus ⁊ obiecti. ⁊ ideo ſubdit ꝙ ſenſus tunc perfecte operatur quando ē operatio ſenſus bñ diſpoſita ad aliquid pulcherrimū ſub ſenſu iacentiū. i. conuenientiſſimum eorū que a ſenſu percipiuntur. hec enī maxime videtur eſſe perfecta operatio ſenſus que procedit a ſenſu bene diſpoſito in operatiōe ad cōuenientiſſimū obiectū ſenſus ⁊ ſiue ſenſus operetur ſiue aīal per ſenſum non eſt cura ad preſens. Sed illud maꝰ eſt ꝙ circa vnūquodq; optia operatio eſt operantis optime diſpoſiti per reſpectū ad illud qd eſt potiſſimū inter ea q̄ ſubiacent virtuti talis operantis. (Hec autem vtiq;) hec eſt ſcda particula ſecūde partis. i qua oſtendit ꝙ delectatio eſt perfectio operationis ⁊ hec eſt ꝯ° 13. huius libri que probatur ſic. Illud qd ineſt operationi inquantū eſt perfecta: eſt perfectio operationis: ſed delectatio ineſt operationi inquantū eſt perfecta. igitur delectatio eſt perfectio operationis. maior pꝫ. quia operatio non eſt perfecta formaliter niſi ꝑ ſuā perfectionē. ⁊ minor declaratur in lra ſic. operatio perfecta eſt delectabilis ⁊ quanto eſt magis perfecta tanto eſt magis delectabilis ⁊ operatio perfectiſſima eſt delectabiliſſima vbicunq; enim in aliquo cognoſcente inuenitur operatio perfecta ibi inuenitur operatio delectabilis. quod patet tam in ſenſu q̄ꝫ in intellectu. eſt enim delectatio non ſolū ſm tactū ⁊ guſtū ſed ſm omnē ſenſum. ⁊ non ſolū eſt delectatio ſm ſenſum: ſed etiā ſm intellectum. ſ. ſm ſpeculatiōē intellectus inquantū ſpeculatur aliquod perfectum ens per certitudinē cuiuſlibꝫ virtutis cognoſcentis. operatio perfecta ē operatio illius virtutis bene diſpoſite in cōparatione ad obiectū perfectum illius virtutis: ⁊ operatio perfectiſſima eſt virtutis cognoſcētis optime diſpoſite in cōparatione ad obiectum conuenientiſſimū illius virtutis. ⁊ inter hꝰ operationes ſenſus ⁊ intellectus illa operatio que ē perfectiſſima eſt delectabiliſſima ⁊ operatio perfectiſſima ſenſus vel intellectus eſt illa operatio que eſt ſenſus vel intellectus bene diſpoſiti in cōparatione ad optimū eorū que ſubiacent ſenſui vel intellectui. ⁊ ſic patet ꝙ operatio inquantum eſt perfecta eſt delectabilis: ⁊ ſic delectatio ineſt operationi inquantū eſt perfecta (Perficit autē) hec eſt tertia particula. i qua viſo ꝙ delectatio eſt perfectio operationis oſtēdit qualiter delectatio perficit operationem. ⁊ intendit dīe ꝙ delectatio perficit operationē non ſicut cauſa effectiua operationis: ſed ſicut forma perficit illud cuius eſt forma. dicit enī ꝙ delectatio perficit operationem ſenſus: non ſicut ſenſibile perficit ſenſum. quia ſenſibile pficit ſenſum effectiue. ſed delectatio perficit ſēſum formaliter. omnia enim hec. ſ. tam ſenſibile q̄ꝫ delectatio ſunt bona ⁊ bonitatem operationi tribuentia: ſed aliter ⁊ aliter. quia ſenſibile eſt perfectio ſenſus vel operationis ſenſus effectiue. ⁊ delectatio eſt perfectio operationis ſenſus formaliter: ſicut medicus ⁊ etiā ſanitas ſūt cauſa eius qd eſt ſanari hoc eſt huius qd eſt ſanū eſſe: ſed diuerſimode: quia medicus ē cauſa effectiua huius qd eſt ſanum eſſe ⁊ ſanitas ē cauſa formalis hꝰ qd eſt eſſe ſanum (Secūdū vnūquēq; aūt ſenſum) ꝙ aūt ſecundū vnūquēq; ſenſum eſt delectatio ſicut dictum eſt prius manifeſtū eſt. dicimus enī viſiones ⁊ auditiones eſſe delectabiles ⁊ maxime cū ſenſus ſit potentiſſimus ⁊ operetur ad tale obiectum qd eſt conuenientiſſimū ſui ⁊ ſemper manebit delectatio in operatiōe ſenſus: dū ſenſibile ⁊ aīal hñs ſenſum remanēt in tali diſpōe ſicut pꝫ i aliis Nam quādiu manet eadem diſpō facientis ⁊ pacientis neceſſe eſt ꝙ permaneat idem effectus. Perficit aūt delectatio. quia dictum eſt ꝙ delectatio perficit opatōez ſicut forma. poſſet aliquis credere. ꝙ delectatio eēt de eēntia opationis conſtituens ipam in eē. Id remouet phs oſdens. qualiter delectatio perficit operationem tamquam forma. ⁊ intendit dicere ꝙ delectatio perficit operationem tamquam forma accidentalis perfectio enim formalis ē duplex quedam intrinſeca que conſtituit eſſentiam rei. Alia eſt forma que ſuperuenit rei conſtitute in ſua ſpē vel natura. ⁊ talis perfectio formalis opationis ē delectatio. Dicit igitur phus ꝙ delectatio perficit operationē non vt habitus qui ineſt. i. non ſicut forma intrans eſſentiam rei ſed vt quidam finis ſuperueniens. i. ſicut quedam perfectio accidentalis ſuperueniens operatōi ineſſe conſtitute. ⁊ ponit exemplum dicēs ꝙ delectatio perficit opationem ſicut pulcritudo ſuperueniens iuuenibus. pulcritudo enim aduenit iuuentuti non ſicut aliquid exiſtens de eſſentia iuuētutis ſed tamq̄ꝫ quedam forma accidentalis. ⁊ ita delectatio ē perfectio formalis accidentalis opationis. Ex his pōt accipi vna deſcriptio delectationis que ē iſta. Delectatio ē perfectio formalis operationis virtutis cognoſcentis extrinſecus ſuperueniens ⁊ non ineſſe conſtituens.

## Vſquequo autem

ſenſibile vel intelligibile ſit puta vtiq; ⁊ diſcernēs vel ſpeculans: erit in operatione dilectio. ſimilibus enī entibus ⁊ ad inuicem ſcdm eundem modū habētibus ⁊ paſſiuo ⁊ factiuo idem aptū natum eſt fieri. Qualiter igitur continue nullus delectatur vel laborat. oīa enim hūana corpora nō poſſunt continue operari: non fit ergo neq; delectatō ſeqtur enim opatōem. Quedam aūt delectant noua entia. Poſterius aūt nō ſimiliter ꝓpter hoc. qꝛ primum quidē enī ꝑ deſideria inclinata ē mens. ⁊ intenſe circa eadem opatur quemadmodū ſm viſum aſpicientes. Poſtea autē non fit talis operatio ſed neglecta ꝓpter quod ⁊ delectatio obſcuratur. Appetere autē delectationem exiſtimabit quis vtiq; oēs. qm̄ ⁊ viuere oēs appetunt. vita aūt operatio qdam ē. ⁊ vnuſqſq; circa hec ⁊ in his opatur q̄ ⁊ maxime diligit puta muſicus quidem auditu circa melodias. Amator aūt diſcipline mēte circa theoremata. ſic autem ⁊ reliquorum vnuſqſq;. Delectatio aūt perficit operationes ⁊ viuere autē quod appetunt. rōnabiliter igitur ⁊ delectationem appetunt. perficit enim vnicuiq; eligibile ens. vtrū autem ꝓpter delectationem viuere eligimus vel ꝓpter viuere delectationem dimittat̄ in p̄ſenti coniungi quidem enim hec videntur ⁊ ſeparatōez nō recipe ſine opōne. n. fit delectatio.

Hec ē .4. ps pncipalis huꝰ capli i q̄ determinat de cāis qrūdā ꝓprietatū delectatōnis. ⁊ continet duas particulas. In prima determinatur de durabilitate delectationis. In ſcda ibi. Appetere autē. determiat̄ de appetibilitate delectationis. In pria pticula ſoluit tres queſtiones. Prima ē q̄ꝫdiu debet delectatio durare. Scda ē quare delectatio non pōt eē continua. Tertia ē quare noua magis delectant q̄ꝫ conſueta. primo igit̄ determinat iſtam queſtionem. ſ. ꝙ diu debet delectatio ꝑdurare ⁊ iſtam queſtionē ſoluit ꝙ tam diu durat delectatio q̄ꝫ diu obiectū vtutis cognitiue ⁊ ipſa vtus cognitiua manēt in eadem debita diſpoſitione. ⁊ hec ē concluſio .14. huꝰ libri. vn̄ dicit phus ꝙ tam diu erit delectatio in opatione q̄ꝫ diu ex vna pte obiectum ſenſibile vel intelligibile ē in debita diſpōne. ⁊ ex altera pte ipm operans qd ē diſcernens per ſenſum vel ſpeculans per intellectum remanent in eadem diſpoſitione. vnde pbatur cōcluſio ſic. Actiuo et paſſiuo manentibus in eadem diſpōne ⁊ i eadem habitudine ad inuicem manet idem effectus. ſed obiectum ⁊ vtus cognitiua ſunt cauſe actiue ⁊ paſſiue delectationis. igitur tā diu durat delectatio q̄ꝫ diu obiectum vtutis cognitiue ⁊ ipſa vtus cognitiua remanent in eadē diſpoſitione ⁊ in debita diſpoſitione ad agēdū ⁊ paciendū. Qualr igitur ꝯtinue. Scda q̄ſtio ē qualr ē ꝙ nullus continue delectatur hec ē. q̄ ē cauſa. ꝙ delectatio nō pōt eē ſemper cōtinua hec queſtio ſoluitur ex iam dictis. ſ. ꝙ nullus homo pōt continue delectari. ⁊ hec ē concluſio .15. q̄ pbatur ſic. nullus homo pōt ꝯtinue operari ⁊ delectatio nō fit ſine operatione vt dcm̄ ē ſupra. igitur nullus hō pōt continue delectari. Cauſa igitur huius. ꝙ nullus homo pōt cōtinue delectari ē. quia nullus homo pōt continue operari. ⁊ delectatio non fit ſine operatione igit̄ ⁊c. Intelligendum ē ꝙ omnia q̄ hñt corpora ſenſibilia non poſſunt continue operari. propter hoc ꝙ eorum corpora in operando fatigantur in hñtibus enī corpus paſſibile corpus aliqualiter deſeruit operationi: vel immediate ſicut patet in opatiōe ſenſitiua per organum corporeum exteriorem vel mediate ſicut patet in operatione intellectiua in qua hō vtitur opationibus ſenſibilitatis q̄ fiūt ꝑ organa corporea. Sed dubitat̄ ex quo opatio in qua conſiſtit felicitas de q̄ phs hic logt̄ ē q̄litas ꝑmanēs nō ꝯſiſtēs i motu. videt̄ ꝙ i tali opōne nō ē labor nec fatigatio: ⁊ ꝑ ꝯñs hō pōt continue opari tali opatōne que ē q̄litas in qua nō ē labor. Dicendū ꝙ q̄ꝫuis talis opatio ſit qualitas ꝑmanens. tñ ſemper indiget aliq̄ conſeruante qd quidē conſeruans ē operatō de genere actōis q̄ ē opatio organoꝝ ſēſitiuoꝝ ⁊ i tali opatōne de genere actōis ē labor ⁊ fatigatio ⁊

ꝯ

ꝓpter hoc non pōt aliquis homo cōtinue ope
rari opatione q̄ eſt de genere qualitatis qꝛ illa
operatio continue dependet ab operatione de
genere actionis que non ē ſine labore. Quedā
autē delectant noua. Tertia queſtio ē quare q̄
dam que ſunt noua multū delectant ⁊ poſtea
non delectant. Huiꝰ cauſam aſſignat phūs di
cens. ꝙ hoc accidit. quia in principio quando
ſunt noua mens inclinatur ſtudioſe ad huiꝰi.
ꝓpter deſiderium ⁊ admirationem: ⁊ intenſe
vehementer circa hiꝰi mens opatur. ⁊ ad opa
tionem ſequitur delectatio vehemens: ſicꝫ pa
tet de illis qui ſtudioſe aſpiciunt aliqd qꝺ priꝰ
non viderunt ꝓpter admirationem. poſtea āt
quando conſueti ſunt videre non fit talis ope
ratio vt ita attente videantur ſꝫ fit negligens
operatio ꝓpter qꝺ delectatio obſcuratur. i. mi
nus ſētitur. hec igitur ē cauſa quare noua ma
gis delectant. quia noua faciunt attente ⁊ ve
hementer operari ⁊ magis q̄ cōſueta ⁊ ad ope
rationem ſeqtur delectatio. ideo noua magis
delectant q̄ conſueta. Appetere autē delecta
tionem. hec ē ſcđa pticula. 4. ptis ꝑncipalis in
qua phūs determinat de appetibilitate dele
ctationis in qua mouet ⁊ ſoluit duas queſtio
nes. Prima ē quare oēs hoīes appetunt dele
ctationes. ⁊ hec ē ſolutio ꝙ omnes hoīes appe
tunt delectationes. quia oēs homines appetūt
viuere ⁊ vita ē quedam operatio. ⁊ delectatio
pficit operationem. ⁊ ꝓpter hoc oēs homines
appetunt delectatōem quia omnes hoīes ap
petunt viuere cuius perfectio ē dlectatio: vnꝰ
quiſq; eni maxime opatur circa illa que maxi
me diligit. ⁊ maxime circa illa inſiſtit. Sicut
muſicus maxime inſiſtit ad audiendā melo
diam ⁊ ille qui ē amator ſapientie maxime inſiſ
ſtit vt ſpeculetur mēte theoremata. i. ſpecula
tiones ꝟitatis. vnde cū delectatō pficiat ope
rationem ꝯñs ē vt perficiat ipm viuere quod
oēs appetunt. ⁊ ita rationale ē ꝙ omnes hoī
nes appetant delectationem ex eo ꝙ pficit vi
uere qꝺ ē omnibus eligibile. Utrum āt ꝓpter
delectationem. Scđa queſtio quā ſoluit i ſcđa
particula ... ex ſolutione queſtionis imedi
ate ꝑcedē tis in qua dicitur: ꝙ oēs homines
appetunt delectationem. ⁊ ſimiliter ꝙ omnes
hoīes appetunt viuere. ē igitur queſtio. vtrū
omnes homines appetunt vitam ꝓpter delē
ctationem vel econuerſo delectationem ꝓpꝫ
vitam. Iſtam dubitationē non ſoluit hic ſed
dicit eam eē dimittendam ad pñs. ſoluetur āt
iſta dubitatio in tractatu ſequenti. qui ē de fe
licitate. ⁊ hic dicit ꝙ iſta duo. i. vita ⁊ delecta
tio coniungūt adinuicem ita ꝙ nullo modo ſe
parantur: nō eni fit delectatio ſine opatione.
nec pōt eē perfecta opatio ſine delectatiōe vt
dictū ē ſepius. Intelligēdū ꝙ operatio ē appe
tibilis magis q̄ delectatio. quia delectatio eſt

quies appetitus in re delectante ſiue in ope
ratione ⁊ nullus appetit quietem in aliquo niſi
ſi exiſtimet illud eē conueniens. ⁊ ideo opera
tio que delectat ſicut qꝺdaꝫ conueniens vide
tur ꝑ prius appetibilis q̄ delectatio. ⁊ ita dele
ctatio appetit̄ per opationē magis q̄ econuer
ſo. finis enim vltimꝰ hoīs ē operatio. ⁊ ideo qđ
